



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



44. 1294:





EURIPIDIS
FABULARUM FRAGMENTA

RECENSUIT ET ANNOTATIONE INSTRUXIT

FRIDERICUS HENRICUS BOTHE.

LIPSIAE

SUMTIBUS LIBRARIAE HAHNIANAE

MDCCCXLIV.



EURIPIDIS

FABULARUM FRAGMENTA.

Augustus Matthiae editionis, quam paravit perutilem, Euripidis fabularum earumque fragmentorum volumine nono cum breviter ac dilucide exposuerit de numero et titulis harum reliquiarum, erroribusque hac in re cum librariorum, tum ipsorum eruditorum, operae meae compendio describam illas paginas potius quam rem actam agam. sic igitur paucis mutatis vir de bonis litteris meritissimus ipso initio praedicti voluminis:

„Euripidis fabulas, praeter duodeviginti eas, quae supersunt, Fabricius in Bibliotheca graeca enumerat centum et tres; sed in iis nonnullae sunt, quarum tituli tantum duo diversi fuisse videntur, ut *Βάκχαι* et *Πενθεύς*, *Ἰππόλυτος* et *Φαίδρα*. Eodem modo recte Musgravius Glaucum non diversam esse a Polydo suspicatur. cf. Elmslejus ad Medaeae argumentum nota κ, Welckerus de Aeschyli trilogia p. 340., nota. Atrei nomine inscriptam Euripidis tragoediam nullam fuisse, sed hoc personae nomen esse in Cressis vel in Thyeste productae jam Bentlejus epist. ad Mill. p. 471. sequ. et Barnesius monuerunt p. 458., et post eos Heath. Legt. ad Eurip. p. 166., Valck. Diatr. p. 12., Brunck. ad Soph. fragm. p. 669. ed. min., Porson. ad Eurip. Orest. 1001. Ita *Πασιφάη* persona erat in Cressarum fabula, *Κλυμένη* in Phaëthonte; Polynicen fabulam falso e verbis Luciani t. III. p. 288. *ὁ Εὐριπίδου Πολυ-
νείκης* exsculperunt, cum locus ibi citatus sit in Phoenissis, sed a Polynice pronuntiatus, ut locus apud Stobaeum tit. 37. p. 226. Gesner., 39. p. 157. Grot. inter Iocasten et Polynicen divisus est. *Πολύδωρος* et *Πολυξένη* Hecubam significant. *Κερκύων* eadem est quae *Ἀλόπη*. vid. Valck. Diatr. p. 12. Qui locus ex Euripidis Capaneo citatus putabatur, est ex ejusdem Suppl. 862. vid. Valck. ib. p. 17., Boeckh. de Tragicis graecis p. 227. Sic etiam quae fabula Alexander appellabatur, ab aliis vocabatur Alexandra. *Ἐλένης ἀπαίτησις* confictam esse a Barnesio, ostendit Pierson. ad Moer. p. 172. sequ., Heath. in Eurip. p. 168. Oileum tragoediam Euripidis nullam fuisse docuit Harles. ad Fabric. t. II. p. 252. n. 63. alio loco *ἐν Συλεῖ* legendum est. Alii fabularum tituli mendis originem debent, ut *Αἴγες* pro *Αἴγεί*, quod jam notarunt Meursius

et Barnes. P. II. p. 517., ἐν Διδύμοις apud Stobaeum pro ἐν Λικυμνίῳ (vid. Valck. Diatr. p. 17.), Θεμιστοκλῆς pro Κρεσφόντης, Κλεοφόντης pro eodem, Εὐριπίδης ἐν Κλεισί pro ἐν Κρησί apud Erotianum, Κτύμενος apud Clementem pro Τήμενος. idem nomen alibi corruptum in Τίμαιος abiit. Pro Κυρίαις apud Hesychium nunc legitur Σκυρίαις. Ἀλεάδας, Εὐρώπην, Καρκίνον, Μενησίαν, Μετουσίας, Νεοπτόλεμον, Νιόβην, Σκύλλαν, Τρωῶας e numero fabularum Euripidis exemerunt Bentlejus, Valckenarius, alii. vid. Valck. Diatr. cap. II. Praeter istas Elmslejus ad Medaeae argum. p. 71. ed. Oxon. ejicit etiam Θεριστάς et Λαμίαν. Ita relinquuntur tragoediarum perditarum nomina quinquaginta septem, vel, si Θεριστάς numeras, quinquaginta octo, Αἰγέυς, Αἴολος, Ἀλέξανδρος, Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφίδος, Ἀλκμαίων ὁ διὰ Κορίνθου, Ἀλκμήνη, Ἀλόπη, Ἀνδρομέδα, Ἀντιγόνη, Ἀντιόπη, Ἀρχέλαος, Αὖγη, Αὐτόλυκος, Βελλεροφόντης, Βούσιρις, Δανάη, Δικτυς, Ἐρεχθεύς, Εὐρυσθεύς, Θησεύς, Ἴνω, Ἰξίω, Ἰππόλυτος, Κάδμος, Κρεσφόντης, Κρηῆσαι, Κρηῆτες, Λαμία, Λικύμνιος, Μελανίπη, Μελέαγρος, Ξάντριαι(?), Οἰδίπους, Οἰνεύς, Οἰνόμαος, Παλαμήδης, Πειρίδους, Πελιάδες, Πηλεὺς, Πλεισθένης, Πολύιδος, Πρωτεσίλαος, Ραδάμανθος, Σθενέβοια, Σίσυφος, Σκίρων, Σκύριαι, Συλεὺς, Τέντης, Τήλεφος, Τημενίδαι, Ὑψιπύλη, Φαέθων, Φιλοκτήτης, Φοῖνιξ, Φοῖξος, Χρύσιππος. quibus si duodeviginti superstites addideris, confeceris summam dramatum septuaginta sex. At Suidas (et Varro apud Gellium XVII, 4.) septuaginta quinque vel septem (?) ei tribuit*), Grammaticus ab Elmslejo editus ad calcem Baccharum septuaginta octo, quarum spurias esse tres, Tennem, Rhadamanthum, Pirithoum. In inscriptione marmoris antiqui, edita a Winckelmanno Monumenti ined. nr. 168. (cf. Galerie du Musée Napoléon par Filhol. T. VIII. tab. 540.) triginta sex tantum Euripidis tragoediae commemorantur, in quibus septem superstites, Ἀλληστis, Ἀρχέλαος, Αἰγέυς, Αἴολος, Ἀλόπη, Ἀν-

*) Proprie Suidas: — Δράματα δὲ αὐτοῦ κατὰ μὲν τινὰς οἰεῖ, κατὰ δὲ ἄλλους ἐνεγέροντα δύο. σώζονται δὲ οἷ'. (hoc merito suspectum est, neque habetur in codice V. Florentino apud Matth., in Mediolanensi autem apud Elmslejum editione Baccharum legitur σώζονται δὲ οἷ, ε et η litteris confusis, ut passim. cf. Welckeri librum „Die griech. Tragödien,“ 2. Abtheil., Bonn, 1839, p. 448 sequ.) νίκας δὲ ἀνεῖλετο ἐ, τὰς μὲν τέσσαρας περιῶν, τὴν δὲ μίαν μετὰ τὴν τελευταίαν, ἐπιδειξαμένον τὸ δράμα τοῦ ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ Εὐριπίδου. De majore illo numero fabularum plures Vitae Euripidis Mss. (de Parisino v. „Journal des Savans“ a. 1832. p. 242., de Vindobonensi Boeckh. Trag. gr. p. 232., de Florentino 33. Matth. Not. ad Hecub. p. 3.) Suidae consentiunt, quem numerum fere ad deperdita dramata satyrica refert Welckerus. mire enim de illis Thomas Mag.: ἐν οἷς (scil. 92 fabulis) ἦν ὀκτὼ μόνᾳ σατυρικά. quod autem addit, νενίκηκε δὲ ἐν πᾶσι τούτοις τοῖς δράμασι νίκας πεντεκαίδεκα, manifestus videtur esse error sive ipsius, sive librariorum.

τιγόνη, Ἀλκμαίων, Ἀνδρομέδα, Ἀλέξανδρος, Αὔγη, Ἀνδρομάχη, Ἀντιγόνη (fortasse Ἀντιόπη), Ἀυτόλυκος, Βάκχαι, Βελλεροφόντης. Βούσειρις (sic, ει et ι confusis ut in nominibus Iphigeniae et Inonis, nec raro alias), Δίκτυς, Δανάη, Εἰφιγένεια, Ἑλένη, Εἰνώ, Ἑκάβη, Ἐρεχθεύς, Εὐρουσθεύς, Ἐπειός (sic pro Ἐπειός) Κρηῆτες, Κρηῆσσα (sic), Κρεσφόντιες (sic), Κύκλωψ, Λικυήνιος (sic), Μελάνιππος, Μήδεια, Μελέαγρος, Οἰνεύς, Οἰδίπους, Ὀρέστης. Sed lapis ille mutilus est post Ἐπειός et post Ὀρέστης. Epeï tragoediae nullum aliud vestigium superest, ut hic error ejus videatur, qui titulos marmorì incidit. Praeterea vero nulla commemoratur tragoedia ex illis, quas suspectas vel confictas esse supra dixi, ne Lamia quidem vel Ξάντριοι, de quarum posteriore Valck. quoque dubitabat, quam rem considerantis, qui hos titulos insculpendos curavit, homo satis peritus fuisse videatur. Memorabile quoque est, quod una tantum Iphigenia commemoratur; ex quo colligi potest, Iphigeniam Tauricam pro genuino Euripidis opere habitam esse, Aulidensem vero omissam, quia haec post ejus mortem demum in scenam producta sit. Ceterum ejusmodi inscriptiones a senioribus, Romanis hominibus, sed e virorum doctorum tamen libris, compositas esse recte monere videtur Boeckh. ad Inscript. gr. T. I. p. 349 sequ. De marmore illo elegans est disputatio Osanni in Wolfii Analectorum T. II., p. 527—541.“

De Epeo tragoedia pluribus dicemus suo loco, nec Matthiaeō fidem ejus in dubium vocanti assentimur. Welckerus l. c. praeter Epeum in tragoediis Euripideis recenset alteram Melanippen (Μελανίππην δεσμῶτιν, altera inscripta fuit Μελανίππη ἡ σοφή), et pro Lamia Scyllam, dubitanter autem Sisyphum et Pirithoum tragicos; tum dramata satyrica enumerat octo, sicut Thomas Mag., sed alia ratione, scilicet ea intelligens, de quibus adhuc vestigia supersunt, Ἀυτόλυκον α', Ἀυτόλυκον β', Βούσειριον, Εὐρουσθέα, Κύκλωπα, Σίσυφον, Σιύρωνα, Συλέα ἢ Θεριστιάς. Ξαντριάς, quas neque habet marmor Albanum, nec Stobaeus nominavit, soli Aeschylō vindicat secundum Valckenarium Diatr. p. 11, b, et G. Dindorfium annotatione ad fabulam Aeschyleam, qui tamen cum id inprimis urget, Pausaniam VIII, 6, 6. Aeschylum referre inter eos, qui Inachum vocaverint ποταμὸν Ἀργεῖον, id neque eo valere debet, ut pro certo affirmemus, Aeschylī esse versus illos, a Dindorfio restitutos,

Νύμφαις κρηναίαις, κυδραῖσι θεαῖσιν, ἀγείρω,

Ἰνάχου Ἀργεῖου ποταμοῦ παῖσιν βιοδώροις,

neque ut prae fracte negemus, Euripidem fecisse cognominem fabulam, quam pro Baccharum priore editione haberi posse concedit Welckerus, et nos ne id quidem abhorrere dicimus, ut easdem et Βάκχας et Ξαντριάς appellatas esse existimemus. Praeterea W. (hoc siglo Welckerum indicabo in iis, quae sequuntur) annotavit,

Stobaeum idem drama modo Polyidum vocare, modo Glaucum, similiterque semel Aegei nomen usurpare pro Medae etc. Idem animadvertit, Euripidem minus saepe quam priores Tragicos, praesertim Sophoclem, secutum esse Epicos post Homerum, praesertim quod attinet ad Troïcos mythos (nam Thebanos frequentat), nec simplicitate Odysseae, quo vix pertinet Scylla, tam delectatum videri quam illum; quapropter mulier apud Comicum Thesmoph. 509., Mnesilochum, Euripidis socerum femineo habitu, objurgans:

*Οὐ γάρ σε δεῖ δοῦναι δίκην, ἥτις μόνη τέτληκας
ὑπὲρ ἀνδρῶς ἀντειπεῖν, ὃς ἡμᾶς πολλὰ κακὰ δέδρακεν,
ἐπίτηδες εὐρίσκων λόγους, ὅπου γυνὴ πονηρὰ
ἐγένετο, Μελανίππας ποιῶν, Φαίδρας τε; Πηνελόπην δὲ
οὐ πάποτ' ἐποίησ', ὅτι γυνὴ σώφρων ἔδοξεν εἶναι.*

Contra praeter alia nova, quae tentavit, etiam mythos quosdam Italicos immiscuit Aeolo et Melanippis, potiusque Stesichori instituisse videtur vestigiis in Scylla, Helena et Hercule furente. „Alle erhaltenen Tragoedien von Sophokles beziehen sich auf das alte Epos zurück; von Euripides sind auch andre, die in keiner Gemeinschaft mit diesem stehn, auf uns gekommen, Bacchen, Medea, Alkestis, Heracles, Herakliden, Ion, Hippolyt. Wer kann sagen, ob auf das Schicksal der Erhaltung der Ruf der Mythen oder der Kunst mehr Einfluss gehabt haben möge? — Die Verschiedenheit der Stoffe ist freilich im Ganzen als untergeordnet zu achten gegen die Auffassung u. Behandlung der Mythen. Äschylus u. Sophokles, dem idealischen u. alterthümlichen Geiste derselben noch zugethan u. fähig ihn mit ihrer eignen Bildung in Einklang zu setzen, konnten die Fabeln meist nach ihrer innern ursprünglichen Bedeutung darstellen und die Charaktere des Epos, bei aller Eigenthümlichkeit, im Wesentlichen befolgen und nachbilden. Mit dem Glauben an die alte Volksreligion entwich auch der Geist aus den Mythen, und die Hüllen konnten für neue Gestaltungen benutzt werden. Die stärksten Abweichungen von der alten Überlieferung, von Sitten u. Bildung der Heroen, die freieste Fortdichtung und häufige Widersprüche des Dichters in verschiedenen Dramen mit sich selbst in Ansehung des Mythos, so selten bei Sophokles, bei Aeschylus vielleicht gar nicht nachweislich, sind natürliche und keineswegs tadelnswerthe Folge des genommenen Standpunktes. Euripides befolgt von seiner ersten Tragoedie an sein eignes Princip *). Er giebt die Erhabenheit des Alterthums u. die

*) „Welcker. p. 458.: „Gleich in seiner ersten Tetralogie [Olymp. 81, 1., ante Chr. nat. a. 456.] war schwerlich ein Drama epischen Inhalts.“
Eo pertinent etiam quae ipse dixi in Vita Euripidis, interpretationi ejus meae germanicae, iterum editae anno 1824., subjecta, p. VII. et sequ.: „Das Genie ist niemals Nachahmer. Schon dieser Grund reichte hin, die Abweichungen unseres Dichters von den Manieren des Äschylus und Sofokles, seiner grossen Vorgänger, zu erklären. Wenn die Plane man-

Hoheit des tragischen Ausdrucks zum grossen Theil auf u. zieht die Heroen entschiedener in die Wirklichkeit der Zeit u. ihrer Bildung herein, veranschaulicht die alten Geschichten nicht nach ihrem Geist und Charakter, sondern nach den Situationen, die er zu zeitgemässen, in die Bildung unmittelbar eingreifenden, Darstellungen zu benutzen sucht. Diese Umwandlung, so bewundernswürdig sie häufig gelungen ist, u. diese Rücksicht auf unmittelbare Nutzanwendung u. Belehrung, haben der Poesie u. der Kunst nicht selten grossen Eintrag gethan; aber die Richtung auf das Reinmenschliche, die natürliche Gleichheit, auf das Vernunftgemässe u. auf Geistesfreiheit, die Beleuchtung der Vorurtheile über Sklavenstand u. Adel oder Vornehmheit, über Reichthum u. Armuth, über Heirath u. andre Lebensverhältnisse, müssen vielen der alten bekannten Theaterscenen einen grossen Reiz der Neuheit gegeben haben. Die politischen u. Sittenzustände Athens, den eröffneten welthistorischen Kampf zwischen dem geheiligten u. politisch berechtigten Aberglauben u. der höhern, wenn auch zur Zeit unzulänglichen, Wahrheit muss man wohl vor Augen halten, um Euripides gründlich zu würdigen, u. den steigenden Beifall, den er im Fortschritte der neuen Zeit u. Bildung gewann, vollkommen zu begreifen.“
 Sic fere doctissimus Welckerus p. 458 et seqq., cujus etiam explicationes ipsorum fragmentorum magna ex parte verisimiles sunt, nec tamen probandae omnes, quod item dicendum est de multis correctionibus et conjecturis virorum doctorum, quas ne commemorabo quidem, ne longus sim, nec ubique Welckeri, aut Hartungi in Euripide restituto, Hamburgi edito a. 1843., discrepantes a nostris sententias de ordinandis singulis refellendas puto, ne disputem in re sensus magis quam doctrinae.

I. ΑΙΓΕΥΣ.

Apollodorus I, 9, 28. *Μήδεια δὲ ἤμεν εἰς Ἀθήνας, καὶ κεῖ γαμηθεῖσα Αἰγεί παῖδα γεννᾷ Μηδον· ἐπιβουλεύουσα δὲ ὕστερον Θησεῖ, φυγὰς ἐξ Ἀθηναίων μετὰ τοῦ παιδὸς ἐκβάλλεται.*

cher euripideischen Trauerspiele weniger einfach und fasslich sind als die des Äschylus und Sofokles, „so durfte Euripides nur sagen: „Ich habe es so gewollt; ich bin nicht Äschylus, nicht Sofokles, und will es nicht sein. Warum soll ich einem gemeinschaftlichen Ziel auf demselben Wege zustreben, den Andere sich wählten? Wenn ich es nur erreiche. Ich habe euch ergötzt. Das ist mir genug; und Was verlangt ihr mehr?“ In der That genügte Dies auch dem Parterre, für das Euripides arbeitete. Die Athener fanden in dem neuen Dramatiker nicht die Fassung der Dinge, die Komposition, die erhabene Sprache ihrer alten Lieblinge; die Musik seiner Stücke schien weicher als sie es gewohnt waren; sie erstaunten, die Sänger mehrere Takte hindurch auf Einer Sylbe aushalten und Triller auf Triller häufen zu hören; aber sie waren gerührt, sie weinten, und Euripides bedurfte keiner Entschuldigung.“

disertius Homeri scholiastes A Venetus et scriptor brevium, quae dici solent, scholiorum ad Iliad. λ', 740.: *Μήδεια ἐγένετο Αἰήτου μὲν θυγάτηρ, Ἰάσονος δὲ γυνή. αὕτη μετὰ τὴν ἀποτελεσθεῖσαν ἐν Κορίνθῳ τεκνοφονίαν φυγὰς εἰς Ἀθήνας ἀφίκετο, καὶ ἐγαμήθη Αἰγεί τῷ Πανδίωνος. κακεῖ Θησεία τὸν ἐξ Αἴθρας γενόμενον τῷ Αἰγεί, ἐπὶ τὸν τοῦ πατρὸς γνωρισμὸν ἐκ Τροιζήνος ἀφικόμενον, πείθει τὸν Αἰγέα φαρμάκῳ ἀνελεῖν, ἐπίβουλον αὐτοῦ τῆς βασιλείας εἰποῦσα παραγενέσθαι. πεισθεὶς δὲ Αἰγεὺς φάρμακον ἔδωκε· μέλλοντος δὲ αὐτὸ καταπίνειν ἐκείνου ἐπιγνοὺς τό τε ξίφος καὶ τὰ ὑποδήματα (ταῦτα γὰρ ἐν Τροιζήνῃ γνωρίσματα κατέλιπε) τὸ μὲν φάρμακον ἀφείλετο, τὴν δὲ Μήδειαν τῆς Ἀττικῆς ἐξέβαλεν. οἰκήσασα δὲ αὐτὴ τὴν πλησίον Ἥλιδος Ἐφύραν πολυφάρμακον ἐποίησεν αὐτὴν ὀνομάσθηναι. ἡ ἱστορία παρὰ Κράτητι. Perspicuitatis causa his addenda sunt illa, quae habet Apollodorus III, 15, 5. et seqq. usque ad XVI, 1.: Πανδίωνι δὲ ἐν Μεγάροις ὄντι παῖδες ἐγένοντο Αἰγεὺς, Πάλλας, Νίσος, Λυκός. — μετὰ δὲ τὴν Πανδίωνος τελευτὴν οἱ παῖδες αὐτοῦ στρατεύσαντες ἐπ' Ἀθήνας ἐξέβαλον τοὺς Μητιονίδας (qui factione comparata Pandionem Athenis expulerant), καὶ τὴν ἀρχὴν τετραχῆ διείλον· εἶχε δὲ τὸ πᾶν κράτος Αἰγεὺς. γαμεῖ δὲ πρῶτον μὲν Μήτην τὴν Ὀπλήτος, δευτέραν δὲ Χαλκιοπην τὴν Ῥηξήνορος· ὡς δὲ οὐκ ἐγένετο παῖς αὐτῷ, δεδοικῶς τοὺς ἀδελφούς εἰς Πυθίαν ἦλθε, καὶ περὶ παιδῶν γονῆς ἐμαντεύετο. ὁ δὲ θεὸς ἔχρησεν αὐτῷ*

Ἄσκού τὸν προὔχοντα πόδα, μέγα φέρτατε λαῶν,

μὴ λύσης, πρὶν ἐς ἄκρον Ἀθηναίων ἀφίκηαι.

Ἀπορῶν δὲ τὸν χρησμὸν ἀνῆει πάλιν εἰς Ἀθήνας, καὶ Τροιζήνα διοδοῦσαν ἐπιξενουῖται Πιτθεῖ τῷ Πέλοπος, ὃς, τὸν χρησμὸν συνεὶς, μεθύσας αὐτὸν τῇ θυγατρὶ συγκατέκλιεν Αἴθρα. τῇ δὲ αὐτῇ νυκτὶ καὶ Ποσειδῶν ἐπλησίασεν αὐτῇ. Αἰγεὺς δὲ ἐντειλάμενος Αἴθρα, ἐὰν ἄρῶνα γεννήσῃ, τρέφειν καὶ, τίνος ἐστὶ, μὴ λέγειν, ἀπέλιπε δὲ (imo δὴ) ὑπὸ τινα πέτραν (ita Westermann. secundum scriptos) μάχαιραν καὶ πέδιλα, εἰπὼν, ὅταν ὁ παῖς δύνηται τὴν πέτραν ἀποκνύσας ἀνελεῖσθαι ταῦτα, τότε μετ' αὐτῶν αὐτὸν ἀποπέμπειν. — Θησεὺς δὲ γεννηθεὶς ἐξ Αἴθρας Αἰγεί παῖς ὡς ἐγενήθη τέλειος, ἀπώσάμενος τὴν πέτραν τὰ πέδιλα καὶ τὴν μάχαιραν ἀναιρεῖται, καὶ πεζὸς ἠπείγετο εἰς τὰς Ἀθήνας etc. Refert Plutarchus Theseo, c. 12., Medeam certiolem factam de adventu Thesei rem celasse Aegeum, senique meticuloso persuasisse, ut veneno tolleret suspectum peregrinum, cujus personam Theseus induerat. igitur epulis instructis Aegeus Theseo apposuit poculum venenatum; sed ille stricto gladio, quem Troezenae attulerat, quasi carnem dissecaturus, agnitus est a patre etc. Plutarcho fere consentiunt Pausanias II, 3, 7., Eustathius ad Dionys. 1017., Eudocia p. 289., Tzetzes ad Lycophr. 179., Ovidius Met. VII, 401—424.;

non item Hyginus fab. 26. et Diodorus Sic. IV, 55., quarum afferre narrationes supersedeo.

1.

Stobaeus tit. 71. p. 432.

*Πέφυκε γάρ πως παισὶ πολέμιον γυνή
τοῖς πρόσθεν ἢ ζυγεῖσα δευτέρῳ πόσει.*

Verba de Medea sive Chori, seu potius vetuli et fidi Theseo Athenas profecturo famuli, quibus verbis eum dehortatur ab illo itinere. *παισὶ* recte Musgravius pro *πᾶσι*, menda librorum.

2.

Idem ibidem:

Δειλῶν γυναικες δεσποτῶν θρασύστομοι.

Haec eidem vel simili personae conveniunt, neque alii tribuendum videatur proximum fragmentum.

3., 4., 5.

Idem tit. 110., 84., 76.

*Πτηνὰς διώκεις, ᾧ τέκνον, τὰς ἐλπίδας,
οὐχ ἢ τύχη σε. τῆς τύχης δ' οὐχ εἰς τρόπος.*

Vix sana sunt ista *οὐχ ἢ τύχη σε*, nec memini me legere alicubi *τύχην διώκουσάν τινας*. Secure quidem vertit Grotius

Spes, nate, volucres sequeris, at non te simul
Fortuna; vultus illa multiplicis dea est;

sed aequae dura et affectata sunt verba „at non te simul Fortuna.“ Malim equidem *οὐχ ἢ τυχήσῃ (τις)*, „non qua (via) quis consequatur eas (spes tuas).“ Frustra eum esse dicit senex famulus, si agnitum a patre et in bona paterna restitutum se iri Athenis speret: adesse enim ibi Medeam novercam, quae consilia ejus impeditura sit et quovis modo regnum Athenarum filio suo conservatura. Igitur aliam eum viam ingredi jubet: multiplicem enim esse hominum fortunam. velut ipsum beatam nunc vitam vivere apud Pittheum, quod praestare generi ac nobilitati Athenis successu dubio quaerendae

*(Ἡ που κρεῖσσον τῆς εὐγενίας
τὸ καλῶς πράσσειν,*

quibus in verbis ab iambicis senariis ad anapaestos assurgens oratio majorem benevoli servi affectum significat). et revera agnitum ab Aegeo Theseum tamen fortasse non tam carum fore patri quam avo, qui eum educaverit: saepe enim educatos tantum liberos magis amari quam genitos,

— *Τὸ θρέψαι δ' ἐν βροτοῖσι πολλάκις
πλείω πορίζει φίλτρα τοῦ φῦσαι τέκνα.*

Idque eo magis verisimile videri, quod Pittheus rex sit virtute, pietate sapientiaque clarus (v. annot. ad Med. 646., Hippol. 11.); Aegeum vero tyrannum potius appellandum esse, oppressis fratribus

(Apollocl. III, 15, 6.: εἶχε δὲ τὸ πᾶν κράτος Αἰγεύς.) rerum potitum, nec fortasse aliis tyrannis probiorem atque humaniorem. habebant hic locum similia illis in Supplicibus, 415.

Οὐδὲν τυράννου δυσμενέστερον πόλει,
ὄπου, τὸ μὲν πρώτιστον, οὐκ εἰσὶν νόμοι
κοινοὶ, κρατεῖ δ' εἷς,

et ejusdem coloris istis Ione, 561.

Τυραννίδος δὲ, τῆς μάτην αἰνουμένης,
τὸ μὲν πρόσωπον ἠδὲ, τὰν δόμοισι δὲ
λυπηρά. τίς γὰρ μακάριος, τίς εὐτυχῆς,
ὅστις δεδοικῶς καὶ περιβλέπων βίαν
αἰῶνα τέμνει;

6., 7., 8., 9., 10.

Stob. tit. 34., 38., 45., 117. 7.

Quem non audiens Theseus et objurgans

(Εἰ μὴ καθέξεις γλωσσαν, ἔσται σοι κακὰ),

tanquam eum, qui se a magnis ausis ac vita heroïca deterreat, patriam se expetere ait, qua nihil sit carius,

(Τί γὰρ πατρῶας ἀνδρὶ φίλτερον χθονός;)

nec si vel maxime tyrannus sit Aegæus, eo se demoveri a consilio Athenas proficiscendi: nihil enim certum sciri de improbitate Aegæi, boni autem viri ne tyrannidem quidem esse extimescendam,

Ἄνδρός δ' ὑπ' ἐσθλοῦ καὶ τυραννεῖσθαι καλόν.

(Hisce verbis cum velut digito monstretur Periclis quae dicatur tyrannis, non errabit, qui hanc tragoediam scriptam putet quo tempore demagogus ille prudentissimus rempublicam Atheniensium gubernabat sine rivali, i. e. ab Olympiade 84. ad 87, 4., ante Chr. n. 429., quo anno mortuus est, media Euripidis aetate, quippe nati Ol. 75, 1. et mortui Ol. 93, 3., ante Chr. n. 406.) Tum quod servus eum domi manere jussit quietum atque tutum, spernit, libenter pericula se aditurum dicens, nec mortem reformidare, qua etiam ignave desides opprimantur (Stob. 117.

— Κατθανεῖν δ' ὀφείλεται

καὶ τῷ κατ' οἴκους ἐκτὸς ἡμένῳ πόνων),

cum vel is, qui magnis rebus excidat intereatque, tamen ostendere in morte possit indolem virtutis.

(Stob. 7.

Ἔστι καὶ πταίσαντ' ἀρετὰν ἀποδείξασθαι θανάτῳ.
asynart., pherecrat. et glyc. polyschem.)

11.

Itaque Theseus proficiscitur Athenas. quo ubi pervenit, Chori apud regiam congregati verbis illis excipitur, quae servata sunt a Clemente Alex. Strom. VI, p. 742, 18. et Scholiaste Comici ad

Av. 469. Videtur autem Chorus constituisse ex mulieribus Atticis, sicut ex Corinthiis in Medea, similiterque ex feminis in Hecuba, Oreste, Phoenissis, Hippolyto, aliisque plurimis cum Euripidis, tum ceterorum Tragicorum fabulis. sic igitur Chorus conspecto adulescente non vulgaris dignitatis, sed eo, qui vultu, incessu, totoque corporis habitu heroum prisca temporis aemulum indicaret, ab iambicis senariis, quos coryphaeus pronuntiavit, gliscente affectu muliercularum, „in flavo hospite suspirantium,“ ut suspirasse Ariadnam dicit Catullus carm. LXIV, 98., in cantum doricum evecus:

*Ποίαν σε φῶμεν γαῖαν ἐκλελοιπότα
πόλει ξηνοῦσθαι τῆδε; τίς πάτρας θ' ὄρος,
τίς ἐσθ' ὁ φύσας; τοῦ κекήρουξαι πατρός;
τίς σε μάτηρ ἐν δεκάτῃ τοῦ τόκου ὀνομάζει; priap.
polyschem.*

conjungendi enim haud dubie sunt hi versus, quorum postremus tantum legitur apud Scholiasten. et ejus quidem haec sunt verba l. c.: „Ἐς δεκάτην γὰρ ποτε.“ ὅτι τὴν δεκάτην εἰστίων ἐπὶ τοῖς γεννηθεῖσι, καὶ ἐν αὐτῇ τὰ ὀνόματα ἐτίθεντο τοῖς παισὶ, καθάπερ Εὐριπίδης ἐν Αἰγεί

Τίς σε μάτερ ἐν δεκάτῃ τόκου ὀνόμαζεν:
sed Suidas v. δεκατεύειν

Τίς σε μάτηρ ἐν δεκάτῃ τοῦ τόκου ὀνόμαζεν,
ex quibus restituisse mihi videor genuinam scripturam, accipiens *μάτηρ* a Welckero, et *ὀνομάζει*, verbum elegantis usus et ad metrum accommodatum cessisse arbitratus glossemati, hiatum vero in caesura ferens, ut alias. in senariis quoque lapsi sunt scribae, *πολυξηνοῦσθαι* obtrudentes et γῆ δὲ *τίς πάτρας θ' ὄρος*, quorum illud emendavit Musgravius, hoc Bergkii in libro *menstruo* „Zeitschrift für Alterthumskunde“ a. 1836. p. 79.

II. ΑΙΟΛΟΣ.

Stobaeus Serm. LXIV, 35., p. 404. auctore Sostrato ἐν δευτέρῳ Τυρρῶνικῶν: Αἶολος τῶν κατὰ Τυρρῶνίαν βασιλεὺς τέπων ἔσχεν ἐξ Ἀμφιδέας θυγατέρας ἕξ, καὶ τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν ἀρρένων παίδων, ὧν ὁ πρεσβύτατος Μακαρεὺς Κανάκης τῆς ἀδελφῆς ἐραστὴς ἐβιάσατο τὴν προειρημένην. Αἶολος δὲ περὶ τούτων μαθὼν τῇ θυγατρὶ ξίφος ἔπεμψεν· ἡ δὲ ὡς νόμον δεξαμένη τὸν σίδηρον αὐτὴν ἀνεῖλε. Μακαρεὺς δὲ τὸν γεννησάντα προεξιλωσάμενος ἔδραμεν εἰς τὸν θάλαμον· εὐρῶν δὲ τὴν ἀγαπωμένην αἰμορρογοῦσαν τῷ αὐτῷ ξίφει τὸν βίον περιέγραψε. Idem narrat Pseudoplutarchus Parall. gr. 28., nisi quod minimum natu Aeoli filiorum dicit Macareum. quibus scriptoribus cum in aliis, tum quod attinet ad mortem amantium, consentiunt Ovidius Heroid. XI. et Hyginus fab. 242. et 243.; sed

idem Hyginus fab. 238., quo capite recenset quosdam, qui filias suas occiderunt: „Aeolus,“ inquit, „Canacem propter incestum cum fratre Macareo admissum.“ qui cum fere pendeat ex poetis scenicis, fieri potest, id ut finxerit Euripides, argumentum fabulae variaturus, effectu non minore dramatico. Dionysius Halicarn. Art. rhetor. c. 9. §. 11., quo loco de Euripide agit: — ἐν τῷ Αἰόλῳ ὁ Μακαρεὺς ἐστὶν ὁμιλήσας τῇ ἀδελφῇ καταλανθάνων (minus recte codd. καὶ λανθάνων), καὶ συμβουλεύων τῷ πατρὶ τὰς ἀδελφὰς τοῖς ἀδελφοῖς συνοικίσει, ἵνα τὸ οἰκεῖον διοικήσῃται. (sic Homerus Odys. κ', 5. de Aeolo:

Τοῦ καὶ δῶδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροισι γεγάασιν,
ἔξ μὲν θυγατέρες, ἔξ δ' υἱέες ἠβῶοντες·

„ἐνθ' ὄγε θυγατέρας πόρεν υἱάσιν εἶναι ἄκοιτις.“)

καὶ οὕτως ἐσχημάτισται ὁ λόγος γνώμη καὶ συμβουλῇ. cf. Schol. Aristoph. ad Nub. 1316. Antiquiorem famam secutus Apollodorus I, 7, 3: Αἰόλος δὲ βασιλεύων τῶν περὶ τὴν Θεσσαλίαν τόπων (Diodorus IV, 67. Aeolum tenuisse dicit τὴν τότε μὲν Αἰολίδα, νῦν δὲ Θετταλίαν, καλουμένην) τοὺς ἐνοικοῦντας Αἰολεῖς προσηγόρευσεν etc. qui 7 Aeoli filios et 5 filias numerans ne commemorat quidem Macareum, et de Canace hoc tantum refert, eam e Neptuni compressu peperisse Hopleum, Nereum, Epepeum, Aloëum et Triopem. Homeri Aeolum, ventorum regem, inducit Ovidius l. c., in hoc certe discrepans ab Euripide, quem universe expressisse videtur doctis, in quibus Grauerto dissertatione de mediae Graecorum tragoediae natura et forma (v. „Rhein. Mus. von Niebuhr u. Brandis,“ 1828, II, 50 — 63.). qui cum Aeoli Euripideae argumentum contemnit, tanquam humile et ignobile, non immerito reprehenditur a Welckero („Die griech. Trag.“ 2. Abtheil. p. 871.), cum probatum fuisse hoc drama Graecis ex eo intelligatur, quod versus ejus afferunt Aristoteles, Theophrastus, Dicaearchus, Strabo, Plutarchus, Galenus, Sextus Empiricus, Latinorum Cicero, et alii veteres scriptores, in quibus ipsi Comici, quamvis παρωδοῦντες, aut irridentes, velut Aristophanes Ran. 1402, Thesm. 176 sequ., Nub. 1316, et Machon apud Athenaeum XIII, p. 582, c.

Actum est ante Olymp. 89, 1., 423. ante Chr. n., quo anno Nubes docuit Aristophanes, cum in hac comoedia irrideatur, ut annotavit Herm. Zirndorfer dissert. de Chronologia fabularum Euripidearum, quae dissertatio edita est Marburgi, 1839., p. 121.

1.

Dicaearchus libro περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου, p. 22. ed. Hudson.; non indicato nomine fabulae:

Ἑλλήν γὰρ, ὡς ἔοικε, γίννεται Διὸς,
τοῦ δ' Αἰόλος παῖς, Αἰόλου δὲ Σίσυφος,
Ἀθάμας τε, Κρηθεὺς θ', ὅς τ' ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥοαῖς
θεοῦ μανεῖς ἔρῶνψε Σαλμωνεὺς φλόγα.

Verba prologi, qui videtur indicasse consilium senis Aeoli et partiendi regnum inter filios, et eos maritandi antequam relinquunt paternam domum.

2.

Igitur, fama celebratis instantibus filiorum regionum nuptiis, Chorus virginum Thessalarum accedit ad regiam et ab aliquo, qui forte adstat, vel famulo egrediente quaerit, quid rei sit:

— Ἄρ' ἔτυμον φάτιν ἔγνων, dactyl. tetram.

Ἄϊολον εὐνάξειν τέκνα φίλτατα;

quorum verborum sedes est in scholiis Aristoph. ad Pac. 114., quae sic habent: („Ω πάτερ, ᾧ πάτερ, ἄρ' ἔτυμός γε Δώμασιν ἡμετέροις φάτις ἦκει, Ως σὺ“ etc.) Τὸ δὲ „ἦ ὄ“ (ita Schol.) ἔτυμός γε“ εἴρηται παρὰ τὸ ἐξ Αἰόλου Εὐρυπίδου Ἄρ' ἔτυμος φάτιν ἔγνων Ἄϊολος εὐνάξειν τε τέκνα φίλτατα. Seidler. ἔτυμον —, Ἄϊολε, σ' εὐν. τε τ. φ. sed verisimilius est Ἄϊολον, τὲ vero haud dubie sphalma librarii, initium vocabuli τέκνα bis scribentis per oscitationem.

3.

Respondet ille Choro, ita videri, sed se nihil certum scire:

Δοξάσαι ἔστι, Κόραι, τὸ δ' ἐτήτυμον οὐκ ἔχω εἰπεῖν,
secundum Aristoph. Pac. 119. et Schol.

4., 5., 6., 7.

Orationem Aeolus habuit ad filios de recte vivendo ac regnando, tum de ducendis uxoribus. — ejus orationis principium habent Stobaeus tit. 35. p. 216. et Comicus ejusque scholiastes Thesm. 176.:

Παῖδες, σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς, ὅστις ἐν βραχεῖ
πολλοὺς λόγους οἴός τε συντέμνειν καλῶς.

Praecepta vivendi haec sunt, quae servavit Stobaeus 22. p. 187. et 20. p. 171.

Σιγᾶν φρονοῦντα κρείσσον' εἰς ὁμιλίαν
πεσόντα. τούτῳ δ' ἀνδρὶ μῆτ' εἶην φίλος,
μῆτε ξυνεῖην, ὅστις ἀντάρκη φρονεῖν
πέποιθε, δούλους τοὺς φίλους ἡγούμενος.

(libri fere κρείσσον ἢ εἰς ὁμ., in quibus κρείσσον ἢ natum videtur ex κρείσσονα. bene Musgrav. κρείσσον' εἰς ὁμ., ut tacere Aeolus jubeat sapientem apud potentiores.)

Ὅργῃ γὰρ ὅστις εὐθέως χαρίζεται,
κακῶς τελευτᾷ· πλεῖστα γὰρ σφάλλει βροτούς.

Jam ad rempublicam recte gubernandam pertinent ista, quae conjuncta attulit Stobaeus 41. p. 240.; 3. et 4. versum laudaverunt

Plutarchus t. II. p. 25, c, d, ibidem p. 369, b, et p. 474, a, item Theophrastus Metaphys. p. 269.

*Δοκεῖτ' ἂν οἰκεῖν γαίαν, εἰ πένης ἅπας
λαὸς πολιτεύοιτο πλουσίων ἄτερο;
Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακὰ,
ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις, ὥστ' ἔχειν καλῶς.
ἂ μὴ γὰρ ἔστι τῷ πένητι, πλούσιος
δίδωσ', ἂ δ' οἱ πλουτοῦντες οὐ κεκτῆμεθα,
τοῖσιν πένησι χρώμενοι τιμώμεθα.*

haec ita reddas secundum H. Grotium :

Putatisne hoc regnare, absque locupletibus
si populus omnis pauper urbes inhabitet?
Sejuncta nolunt a malis poni bona,
quae temperata publicam rem promovent.
quod deficit inopi, supplet hoc dives manus;
quod non habemus divites, hoc pauperum
labor ministrans nos honoratos facit.

quibus verbis senex vituperat pravam tyrannidem, qualis omni tempore fuit barbarorum, velut tum Persarum, hodie Turcarum, apud quos unus rex censetur liber, ceteri autem servorum loco habentur, quorum quaecunque possident non ipsorum propria sunt, sed regis. contra Aeolus mixtam ex divitibus pauperibusque, mutua sibi officia praestantibus, commendat rem publicam, similem Athenarum.

Quod ad scripturam codicum attinet, ostendunt illi versu 5. *τῷ πένητι' ὁ πλούσιος*, eliso *ι* dativi sing., quod fit perraro (v. ann. ad Alcest. 1070.): quare sequor Erfurdium Diar. Jen. a. 1811. fol. 17.

8.

Auditis hujusmodi dictis Chorus videtur praedicasse hominum sapientiam, qua et marinas belluas doment fortiores, et feras avesque mansuefaciant.

Plutarchus tom. II. p. 98, e, et p. 959, d.

Ἡ βραχὺ σθένος ἀνέρος· ἀλλὰ Aeol. tetram.

ποικιλία πραπίδων dactyl. d. hyp.

δεινὰ μὲν φῦλα πόντου, χθονίων τ' ἀερίων τε asynart.,
cret. dim. et chor. dim. hypercat.

δάμναται παιδεύματα. troch. d. cat.

9., 10.

Tum de nuptiis celebrandis dicturus Aeolus, opinor, vota fecit, ut ex sententia succedant.

Stob. 63. p. 406. et 43. p. 302.

*Ἴδοιμι δ' αὐτῶν ἔκγον' ἄρσεν' ἀρσένων,
πρῶτον μὲν εἶδος ἀξίους τυραννίδος·*

πλείστη γὰρ ἀρετὴ τοῦθ' ὑπάρχον ἐν βίῳ
 (Grot.: virtutis etenim magna commendatio est),
 τὴν ἀξίωσιν τῶν καλῶν τὸ σῶμ' ἔχειν.

λαμπροὶ δ' ἐν αἰχμαῖς Ἄρεος, ἐν τε συλλόγοις
 μή μοι τὰ κομψὰ ποικίλοι γενοίατο,
 ἀλλ', ὧν πόλει δεῖ, μεγάλα βουλευόντες εὔ.

quae tam apta sibi sunt, ut ex eodem loco allata esse videantur.
 συλλόγοις dictum pro ἐκκλησίαις sapit Atticam rempublicam, quod
 placuerit necesse est spectatoribus Atheniensibus.

11., 12., 13., 14.

Deinde virgines Thessalorum ducendas proponit filiis adeo
 praestantes forma, genere opibusque, ut illi, diu incerti de optione,
 tandem, volente patre, in sortem puellas conjicere decernant omnes
 praeter Macareum, qui Canaces amore flagrans alias condiciones
 repudiat. velut opes et nobile genus suum praedicanti patri et pa-
 riter opulentam ac nobilem puellam eum eligere jubenti, quam du-
 cat, ita respondet, et divitias, quas vel pessimus acquirat, spernens,
 et ex pecunia aestimatam nobilitatem,

Sext. Empir. adv. Mathem. I, 13. s. 271. et 278., Plut. Moral.
 p. 34, d, Athen. IV, p. 159, d, Stob. 5. p. 63., 91. p. 507.

Μὴ πλοῦτον εἶπης· οὐχὶ θαναμάζω θεόν,
 ὃν χῶ κάκιστος ῥαδίως ἐκτίσασατο.

Stob. 89. p. 502.

Τὴν δ' εὐγένειαν πρὸς θεῶν μή μοι λέγε·
 ἐν χρήμασιν τόδ' ἐστὶ. μή γανροῦ, πατερο·
 κύκλω γὰρ ἔρπει, τῷ μὲν ἔσθ', ὁ δ' οὐκ ἔχει,
 κοινοῖσι δ' αὐτοῖς χρωμέθ'. ὧ δ' ἂν ἐν δόμοις
 χρόνου συνοικῆ πλείστον, οὗτος εὐτυχής.

Pro εὐτυχῆς Grotius legendum suspicatus est εὐγενῆς, quod Bar-
 nesio aliisque placuit, cum bene habeat sententia, eum felicem esse,
 qui opes incertas atque instabiles quam diutissime conservet.

Ad sortis usum in hac fabula W. pertinere putat versum in-
 certae sedis Euripideum apud Plut. Moral. t. II. p. 965, e,

Ὁ τῆς Τύχης παῖς κληῖρος ἐπὶ τούτῳ ταγείς.

De re ipsa Suidas et Photius v. κληῖρος Ἐρμοῦ: Συνήθεια ἀρ-
 χαία. ἔβαλλον οἱ κληροῦντες εἰς ὑδροῖαν ἐλαίας φύλλον, ὃ
 προσηγόρευον Ἐρμῆν, καὶ πρῶτον ἐξήρουν (Suid. ἐξήρει)
 τοῦτο, τιμὴν τῷ θεῷ ἀπονέμουτες· ἐλάγγανε δὲ ὁ μετὰ τὸν
 θεόν. Εὐριπίδης ἐν Αἰόλῳ μνημονεύει τοῦ ἔθους τούτου.

15., 16.

Vetulae alicujus virginis conditionem, a patre commendatam,
 accipere nolentis Macarei videntur esse ista apud Plutarchum Mo-
 ral. p. 285, b, et Stobaeum 115. p. 592.

*Ἄλλ' ἢ τὸ γῆρας τὴν κύπριν χαίρειν ἔᾶ,
ἢ τ' Ἀφροδίτῃ τοῖς γέρουσιν ἄχθεται.*

Dedi ἢ τ', i. e. ἢ τοι, Ἀφρ. pro ἢ τ' Ἀφρ., quod legitur in libris: hoc enim dicit ille, quisquis fuit, aut sponte sua senectutem valedicere amori, aut odio senes esse Veneri. Contra pater juveni juvenem vetat nubere propterea, quod virorum diuturnior sit vigor, mulierum autem pulcritudo citius deflorescat:

Stob. 69. p. 429.

*Κακὸν γυναιῖκα πρὸς νέαν ζεῦξαι νέον·
μακρὰ γὰρ ἰσχύς μᾶλλον ἀρσένων μένει,
θήλεια δ' ἤβη θᾶσσον ἐκλείπει δέμας.*

17.

Recusando nihil proficiens apud patrem Macareus tandem fatetur verum, et poscit, ut soror sibi detur in matrimonium. quam rem abominante Aeolo, tanquam turpem, ille videtur excusasse *πολυθρούλλητον* illud, quo honesta et turpia ad opinionem hominum referuntur:

Τί δ' αἰσχρὸν, ἦν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;

Quit turpe, si haud videtur usurpantibus?

Scholias Comici ad Ran. 1402. (*Τί δ' αἰσχρὸν, ἦν μὴ τοῖς θεωμένοις δοκῇ;*) Παρὰ τὸ ἐξ Αἰόλου Εὐριπίδου *Τί δ' αἰσχρὸν* etc. Serenus apud Stobaeum V, p. 70.: *Εὐριπίδης εὐδοκίμησεν ἐν θεάτρῳ εἰπὼν „Τί δ' αἰσχρὸν, ἂν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;“ καὶ Πλάτων ἐν τυχῶν αὐτῷ „ὦ Εὐριπίδη,“ ἔφη, „Αἰσχρὸν τὸ γ' αἰσχρὸν, κἂν δοκῇ, κἂν μὴ δοκῇ.“* similiter Lais apud Machonem Athen. XIII. p. 582, c, d. cf. Plut. Moral. p. 33, c, Porson. ad Eurip. Med. 1343.

18., 19., 20., 21., 22., 23., 24.

Iratus Aeolus, mulieresque verberans convicio (Stob. 71. p. 432.)

Γυναιῖκα δ' ὅστις πᾶνσεται λέγων κακῶς

δύστηνος ἄρα κοῦ σοφὸς κεκλήσεται,

e conspectu fugere et in exilium ire jubet Macareum, qui digressus ab eo properat ad Canacem et, quid actum sit, narrat, eique suadet, ut se comitetur profecturum. illa vero, quamvis parata sponsum sequi,

*Ἄλλ' ὅμως, inquit plorans, οἰκτρὸς τις αἰὼν πατρίδος
ἐκλιπεῖν ὄρους*

(Stob. tit. 37. p. 226.), et partu instante differre iter cogitur; quod significant, nisi fallor, verba

Τὰ πόλλ' ἀνάγκη διαφέρει τολμήματα,

Differt incepta plurimum necessitas,

nutricis quidem, ut conjicias: nam ejus haud dubie partes fuerunt in hac tragoedia. Igitur ad patrem redit Macareus, ut ei recon-

cilietur; sed priusquam convenit senem, ille gladium misit filiae, quo se occidat: hoc enim verisimilius videtur quam quod tradit Hyginus loco indicato in superioribus, ipsum eam interfecisse. placatus autem Aeolus abripientem se ad sponsam, ut mortem ejus prohibeat, filium sequitur, cum interea Canace partu edito *) se transfixit, et superveniens miserabili facto Macareus eidem gladio incubuit. quo spectaculo percussus senex sera poenitentia effundit querelas, cujusmodi sunt illae apud Stobaeum 115. p. 590.

Φεῦ, φεῦ, παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει
 „Γέροντές ἐσμεν οὐδὲν ἄλλο πλὴν ὄχλος,
 καὶ σχῆμα!“ ὀνειρώων δ' ἔρομεν μμηήματα·
 νοῦς οὐκέτ' ἐστὶν, οἰόμεσθα δ' εὖ φρονεῖν.

(minus bene libri νοῦς δ' οὐκ etc. restituimus asyndeton epexegeticum, deleta particula, cujus liberales sunt scribae.)

Galenus scripto de Hippocr. et Plat. dogm. IV, 7.

Εἰ μὲν τὸδ' ἡμᾶρ πρῶτον ἦν κακουμένω,
 καὶ μὴ μακρὰν δὴ διὰ πόνων ἐναυστόλουν,
 εἰκὸς σφαδάζειν ἦν ἂν, ὡς νεόξυγα
 πῶλον, χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον·
 νῦν δ' ἀμβλύς εἰμι καὶ κατηρτυκῶς πόνων.

Matth.: „Hoc fragmentum H. Steph. in Thes. l. gr. t. III. p. 1155, b, et Barnes. ad Theseum referebant, fortasse quia paulo ante Galenus locum Thesei commemoraverat, post quem pergit Οὕτω δὲ εἰρησθαί φησι καὶ τὰ τοιαῦτα Εἰ μὲν etc. sed Aeoli esse probabile fit propter haec Grammatici Sangerman. in Bekkeri Anecd. p. 105, 25. Κατηρτυκέναι ἐλέγοντο οἱ μηκέτι βόλον ἔχοντες ἵπποι. Εὐριπίδης Αἰόλω. — Vocabulum καταρτυεῖν e schola Pythagorica petitum, ubi de ratione formandi componendique per disciplinam ingenii usurpabatur, illustravit Wyttenbach. ad Plut. p. 38, c.“ etc. Sane haec oratio decet Aeolum infelicem et his liberis, et Sisypho, Athamante, Salmoneo et Alcyone orbatum; neque abluunt ab ea, quae habet Stobaeus 102. p. 558. haec

Ἄει τὸ μὲν ζῆ, τὸ δὲ μεθίσταται κακόν,
 τὸ δ' ἐκπέφηνεν αὐθις ἐξ ἀρχῆς νέον.

Macarei morituri videntur verba apud Stobaeum 96. p. 531.

Γλυκεῖα γὰρ μοι φροντὶς οὐδαμῆ βίου.

25., 26., 27., 28., 29.

Choro reliquos superstites ex hac fabula versus tribuerim, nisi forte Εξάγγελος dixit illa apud Stobaeum 113. p. 584.

*) In postscenio puta. puella Terentiana Andr. III, 1, 15.: „Juno Lucina, fer opem; serva me, obsecro!“ ibi Donatus: „Haec vox post scenam tollitur.“ Neronem Canacen parturientem cantare solitum esse refert Suetonius Ner. c. 21.

Ὅ μοι, τίς ἀλγεῖν οὐκ ἐπίσταται κακοῖς;
 τίς ἂν κλύων τῶνδ' οὐκ ἂν ἐκβάλοι δάκρυ;
 etiam illa, quae Stobaeus servavit Eclog. phys. p. 143.,

Ὁ χρόνος ἅπαντα τοῖσιν ὕστερον φράσει
 λάλος γὰρ οὗτος οὐκ ἐρωτῶσιν λέγει.

(male codd., immisso glossemate, et verbo λάλος, in quo
 vis sita est sententiae, thesi occultato: λάλος ἐστὶν
 οὗτος. malim quoque, quod aptius tragicæ orationi,
 Ἄπαντα τοῖσιν ὕστερον φράσει χρόνος.)

dubito, cujus ex persona dicta putem. sed cetera certe sunt Chori,
 haec videlicet, convenientia rebus gestis, de amore, quem sibi
 felicem optat, de malo malorum consiliorum exitu, denique de vita
 hominum fataliter laboriosa.

Stob. 61. p. 386.

Τῇ δ' ἀφροδίτῃ πόλλ' ἔνεστι ποικίλα·
 τέρπει τε γὰρ μάλιστα καὶ λυπεῖ βροτούς.
 τύχοιμι δ' αὐτῆς, ἥνικ' ἐστὶν εὐμενῆς.

Idem 4. p. 52.

Κακῆς ἀπ' ἀρχῆς γίννεται τέλος κακόν.

Idem 106. p. 568.

Μοχθεῖν ἀνάγκη· τὰς δὲ δαιμόνων τύχας
 ὅστις φέρει κάλλιστ', ἀνὴρ οὗτος σοφός.

Vereor ut versum

ὅστις | φέρει | κάλλιστ', | ἀνὴρ | οὗτος | σοφός,
 omni caesura carentem fecerit Euripides: sibilos metuisset specta-
 torum. duriores etiam isti numeri videntur in re leni, temperantia
 patientiaque sapientis. Quid multa? mendam subesse puto, vixque
 dubito quin poeta dixerit

ὅστις φέρει κάλλιστά γ' (vel κάλλιστ' ἂν), ἥν οὗτος
 σοφός.

Confusae litterae γ, ν, ρ, ut saepe alias.

Huc referas etiam fragmentum 6., sicut sententiae generales
 multis rebus vel gestis, vel gerendis, conveniunt; quod minus re-
 putant, qui promptiores quam circumspetiores levibus saepe allatis
 indiciis nomina fabularum aut personarum assignant versibus incer-
 tis, quo nihil fallacius.

30.

Hesychius: Ἀκρατές: ἀσθενές. Εὐριπ. Αἰόλω.

31.

Strabo VIII. p. 546, b. — Ἡ δὲ Σαλμώνη (oppidum in
 Elide Pisatide) πλησίον ἐστὶ τῆς ὀμωνύμου κρήνης, ἐξ ἧς δεῖ
 ὁ Ἐνπιεύς. — ἐνταῦθα γὰρ βασιλεῦσαι τὸν πατέρα αὐτῆς
 (Tyronis) Σαλμωνέα, καθάπερ καὶ Εὐριπ. ἐν Αἰόλω φησί.

III. Α Λ Ε Ξ Α Ν Δ Ρ Ο Σ.

Ἀλέξανδρον, non *Ἀλεξάνδραν*, inscriptam fuisse Euripidis fabulam et ejusdem argumenti Sophocleam, Osannus Analect. Wolf. II, p. 529.—535. et Brunckius in annotatis ad Sophoclem animadverterunt. Quod ad Euripidem attinet, Alexandri (i. e. Paridis) nomen ostendit marmor a Winckelmanno editum Albanum, idemque habent Stobaei codex Parisinus apud Gaisfordium, Aelianus V. H. II, 8.; Clemens Alex. Strom. IV. p. 483. Hesychius quidem :

1.

Ἀρόρητος κόρη: ἡ Περσεφόνη. Εὐριπίδης Ἀλεξάνδρα. sed nescio an ponendum sit *Ἀλεξανδρεία*, quemadmodum dicitur *Ἐρέστεια*, *Λυκούργεια*, *Ἡράκλεια*. certe scholiastes ad Hippolytum v. 58.: — *Ἐτεροι δὲ εἰσι τοῦ Χοροῦ, καθάπερ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, ποιμένες*, ubi non est quod reponatur *Ἀλεξάνδρα* auctore Musgravio: nam pastorum choro quid negotii esse potuerit cum Alexandra, i. e. Cassandra, mihi non magis liquet quam Osanno. Potest tamen, ut nonnulli hanc fabulam appellaverint Alexandram, quia magnae erant in ea partes Cassandreae. neque ab hac diversam, Alexandrae nomine inscriptam, fecisse Euripidem, obstinate negem.

Argumentum Hyginus Fab. 91. exposuisse creditur his verbis: „Priamus, Laomedontis filius, cum complures liberos haberet ex concubitu Hecubae, Cissei sive Dymantis filiae, uxor ejus praegnans in quiete vidit se facem ardentem parere, ex qua serpentes plurimos exiisse. (de serpentibus hic tantum dixit.) Id visum omnibus conjectoribus cum narratum esset, imperant, quidquid pareret, necaret, ne id patriae exitio foret. (idem clamasse Cassandram narrat Euripides Andromacha 291 seqq.) Postquam Hecuba peperit Alexandrum, datur interficiendus; quem satellites misericordia exposuerunt. eum pastores pro suo filio repertum [expositum]*) educarunt, eumque Parim nominaverunt. is cum ad puberem aetatem pervenisset, habuit taurum in deliciis. quo cum satellites missi a Priamo, ut taurum aliquis adduceret, venissent, qui in athlo funebri, quod ei fiebat, („Paridi, quem mortuum credebant.“ Ex Schefferi notis.) poneretur, coeperunt Paridis taurum adducere. qui persecutus est eos et inquisivit, quo eum ducerent; illi indicant se eum ad Priamum adducere („ei“ supplent Barth. et Toll., probantibus viris doctis), qui vicisset ludis funebribus Alexandri. ille amore incensus tauri sui descendit in certamen et omnia vicit (*νικᾷ τὰ πάντα*, ut ait Homeri Schol. ad II. δ', 376., i. e. omnium certaminum victor exstitit. v. Muncker.), fratres quoque suos superavit.

*) hoc ex margine irrepsisse putat Osannus, cui assentior. Quamquam ejus scriptoris stilum corrigere est laterem lavare.

Indignans Deiphobus gladium ad eum strinxit; at ille in aram Jovis Hercei insiluit. quod (i. e. propter quod) cum Cassandra vaticinaretur eum fratrem esse, Priamus eum agnovit regiaque recepit.

Apollodorus III, 12, 5. Μετὰ δὲ τὸ αἰρεθῆναι Ἴλιον ὑπὸ Ἡρακλέους — ἐβασίλευσε Ποδάρκης ὁ κληθεὶς Πρίαμος. (causam mutati nominis v. II, 6, 4.) καὶ γαμει πρώτην Ἀρίσβην τὴν Μέροπος, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖς Αἴσακος γίνεται, ὃς ἐγγημεν Ἀστερόπην τὴν Κεβροῆνος θυγατέρα, ἣν πενθῶν ἀποθανοῦσαν ἀπαρνεώθη. Πρίαμος δὲ, Ἀρίσβην ἐκδοὺς Ἰφτάκῳ, δευτέραν ἐγγημεν Ἐκάβην τὴν Δύμαντος ἥ, ὡς τινὲς φασί, Κισσέως, ἥ, ὡς ἕτεροι λέγουσι, Σαγγαρίου ποταμοῦ καὶ Μετώπης. Γεννᾶται δὲ αὐτῇ πρώτος μὲν Ἐκτωρ· δευτέρου δὲ γεννᾶσθαι μέλλοντος βρέφους, ἔδοξεν Ἐκάβῃ καθ' ὑπαρὸν δαλὸν τεκεῖν διάπυρον, τοῦτον δὲ πᾶσαν ἐπινέμεσθαι τὴν πόλιν καὶ καίειν. μαθὼν δὲ Πρίαμος παρ' Ἐκάβης τὸν ὄνειρον Αἴσακον τὸν υἱὸν μετεπέμψατο· ἦν γὰρ ὄνειροκρίτης παρὰ τοῦ μητροπάτορος Μέροπος διδαχθεὶς. οὗτος εἰπὼν, τῆς πατρίδος γενέσθαι τὸν παῖδα ἀπώλειαν, ἐκθεῖναι τὸ βρέφος ἐκέλευσε. Πρίαμος δὲ, ὡς ἐγεννήθη [τὸ βρέφος], δίδωσιν ἐκθεῖναι οἰκέτη κομίσονται εἰς Ἴδην (ὃ δὲ οἰκέτης Ἀγέλαος ὠνομάζετο). τὸ δὲ ἐκτεθεὶν ὑπὸ τούτου βρέφος πένθ' ἡμέρας ὑπὸ ἄρκτου ἐτράφη· ὃ δὲ σωζόμενον εὐρῶν ἀναιρεῖται, καὶ κομίσας ἐπὶ τῶν χωρίων ὡς ἴδιον παῖδα ἔτρεφεν ὠνομάσας Πάριον. γενόμενος δὲ νεανίσκος, καὶ πολλῶν διαφέρων κάλλει τε καὶ ῥώμῃ, αὐτῷ Ἀλέξανδρος προσωνομάσθη, ληστὰς ἀμυνόμενος, καὶ τοῖς ποιμνλοῖς ἀλεξήσας [ὅπερ ἐστὶ βοηθήσας]. καὶ μετ' οὐ πολὺ τοὺς γονέας ἀνεῦρε.

Apud Ovidium Heroïd. XVI, 51. Paris de se ipse:

Forma vigorque animi, quamvis de plebe videbar,
indicium tectae nobilitatis erat.

et 357.

Paene puer caesis abducta armenta recepi
hostibus, et causam nominis inde tuli;
paene puer juvenes vario certamine vici,
in quibus Ilioneus Deïphobusque fuit.

Praeter hos Hyginus fab. 273., ubi agit de ludis celebribus, commemorat Nestorem Nelei filium, Jovis Sarpedonem, Neptuni Cynnum, Herculis Telephum, aliosque duo Priami filios Helenum et Politen.

Ipsius tragoediae partes dignoscas tres, quarum prima contineat celebrationem ludorum funebrium et Priami hac occasione querelas, filium, quem mortuum putabat, desiderantis, hominumque mancam atque incertam deflentis felicitatem, quem et Hecubam Chorus Trojanorum, opinor, senum consolatur; altera Paridis victorias, rixamque ex invidentia fratrum ejus inprimis Deïphobi, qui fratrem, virtutem nobili generi divitiisque praeferentem, et pasto-

res, opem ferentes alumno suo, objurgat spernitque, tanquam miseros servos, neque ipsi patri, praemiis ornanti personatum pastorem, parcit, secundas agente Choro; denique postrema pars tutum asylo Paridem, ejusque ex vaticinio Cassandrae agnitionem.

Acta est haec fabula Olymp. 91, 1., ante Chr. nat. 416. Aelianus V. H. II, 8. Κατὰ τὴν πρώτην καὶ ἐννενηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος στάδιον, ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης. καὶ πρῶτός γε ἦν Ξενοκλῆς, ὅστις ποτὲ οὗτός ἐστιν, Οἰδίποδι, καὶ Λυκάονι, καὶ Βάκχαις, καὶ Ἀθάμαντι σατυρικῶ. τούτου δεύτερος Εὐριπ. ἦν Ἀλεξάνδρω, καὶ Παλάμηδῃ, καὶ Τρωσὶ, καὶ Σισύφω σατυρικῶ. Γελοῖον δὲ (οὐ γὰρ;) Ξενοκλέα μὲν νικᾶν, Εὐριπίδην δὲ ἠττᾶσθαι, καὶ ταῦτα τοιούτοις δράμασι. τῶν δύο τοίνυν τὸ ἕτερον, ἢ ἀνόητοι ἦσαν οἱ τῆς ψήφου κύριοι, καὶ ἀμαθεῖς, καὶ πόρρω κρίσεως ὀρθῆς, ἢ ἑδεκάσθησαν. ἄτοπον δὲ ἑκάτερον, καὶ Ἀθηναίων ἤμιστα ἄξιον.

1, a.

Stobaeus 103. p. 562.

ΠΡΙΑΜΟΣ — Ὡστ' οὗτις ἀνδρῶν εἰς ἅπαντ' εὐδαιμονεῖ.

1, b.

Idem 123. p. 616. et 113. p. 584.

ΧΟΡΟΣ. Παλαιὰ καινοῖς δακρύοις οὐ χρὴ στένειν . . .

ΠΡ. Οἶδ'. ΧΟΡ. Ἀλλὰ κάμπτειν τῷ χρόνῳ λύπας χρεῶν.

ΠΡ. Χρὴ· τοῦτο δ' εἰπεῖν ῥᾶον ἢ φέρειν κακά.

(Concinnius foret hoc Χρεῶν· τὸ δ' εἰπεῖν etc. vulgata habent speciem glossematis.)

1, c.

Stob. 106. p. 568.

ΧΟ. Πάντων τὸ θανεῖν· τὸ δὲ κοινὸν ἄχος αναρ. dim. μετρίως ἀλγεῖν σοφία μελετᾶ.

2, a, b, c.

Idem 60. p. 384., 67. p. 424., 84. p. 493.

ΔΗΙΦΟΒΟΣ. Ἥλεγχον· οὕτω γὰρ κακὸν δοῦλον γένος· γαστήρ ἅπαντα, τοῦπίσω δ' οὐδὲν φρονεῖ.

His verbis Deiphobus se purgat apud patrem de eo, quod acerbius invecus est in fratrem victorem.

Ἐκ τῶν ὁμοίων οἱ κακοὶ γαμουῖσ' ἀεὶ.

Oratio ejusdem, ut opinor, pastores contemnentis, ut ignobiles et eos, qui nunquam generosiores spiritus capiant, sed, segregati a liberis nobilibusque, servilia etiam connubia quaerant. Neque alii attribuerim versus proxime sequentes

Οὐκ ἔστιν ἐν κακοῖσιν εὐγένεια, παρ'
ἀγαθοῖσι δ' ἀνδρῶν.

2, d.

Cui hoc respondisse videtur Priamus, quod habetur apud Cle-
mentem Alex. Strom. VI. p. 621.,

Χρόνος δὲ δείξει σ', ᾧ τεκμηρίω μαθῶν,
ἢ χρηστὸν ὄντα γνώσομαι σέ γ', ἢ κακόν.
eo verbo superbiam filii castigaverit senex humanus.

2, e, f, g.

Jam rursus Chori haec existimanda sunt, Priami benevolen-
tiam, qua Paridem excepit atque honoravit, vituperantis:

Stob. 60. p. 384.

Δούλων ὅσοι φιλοῦσι δεσπότηι (non δεσποτῶν) γένος,
πρὸς τῶν ὁμοίων πόλεμον αἰροῦνται μέγαν.
Quicumque domini diligunt servum genus,
aequalium suscipiunt bellum maximum.

— Δούλους γὰρ οὐ
καλὸν πεπᾶσθαι κρείσσονας τῶν δεσποτῶν.
— Servos enim
non utile est habere qui praestent heris,
ut vertit Grotius.

Stob. 4. p. 53.

Ὅθεν δὲ νικᾷν χρῆν σε, δυστυχεῖς ἀναξ,
ὄθεν δέ σ' οὐ χρῆν, εὐτυχεῖς· δούλοισι γὰρ
τοῖς σοῖσι νικᾷς, τοῖς δ' ἐλευθέροισιν οὐ.
bene Musgrav. τοῖς σ. νικᾷς pro τοῖς σοῖσιν ἦκεις.

2, h, i, k, l, m, n, o.

Tantis injuriis Paris irritatus par pro pari reddit, Deïphobi et
optimatium fraudem atque superbiam, quamvis lege sancitam, exa-
gitans, qui casu, non ratione aut sapientia, populum subegerint,
ut servorum instar famuletur, cum Terra pares creaverit homines,
nec genus aut opes et luxuria valeant ad virtutem, paupertas autem
misera quidem res sit, sed tamen educet viros laboriosos ac strenuos.

Stob. 60. p. 384.

Ὡ παγκάκιστοι καὶ τὸ δοῦλον οὐ λόγῳ
ἔχοντες, ἀλλὰ τῇ τύχῃ, κεκτημένοι!

Idem 84. p. 492.

— Περισσόμυθος ὁ λόγος, εἰ
βρότειον εὐγένειαν εὐλογήσομεν.

τὸ γὰρ πάλαι καὶ πρῶθ' ὅτ' ἐγενόμεσθ' αὖ, οὐ
 διὰ δὴ γ' ἔκρινεν ἢ τεκοῦσα Γῆ βροτούς,
 ὅμοια δὲ χθῶν ὄψιν εἰς ἅπασαν ἄν
 πάντ' ἐξεπαίδευσ'· ἴδιον οὐδὲν ἔσχομεν,
 μία δ' ἦν γονὴ τὸ δυσγενές, τό τ' εὐγενές·
 νόμῳ δὲ γαῦρον αὖτ' ἔκραινεν ὁ χρόνος.
 τὸ φρόνιμον εὐγένεια καὶ τὸ συννετὸν, ὡ
 θεὸς δίδωσιν, οὐχ ὁ πλοῦτος.

Jacent haec ἄμετρα in libris, legiturque εὐγένειαν εἰ βρότ. εὐλογ.
 — πρῶτον ὅτ' ἐγενόμεθα, διὰ δ' ἔκρινεν ἃ τεκ. γᾶ βρ.,
 ὅμοιαν χθῶν ἅπασιν ἐξεπαίδευσεν ὄψιν, ἴδιον οὐδὲν ἔχομεν·
 μία δὲ γονὰ τό τ' εὐγενές καὶ τὸ δυσγενές· νόμῳ δὲ γ. αὐτὸ
 κραίνει χρόνος. Dorismis, qui forte invecti sunt, editores decepti
 haec pro melicis habuerunt, in quibus manifesto iambicus inest ty-
 pus, apparentque clausulae senariorum, nec lyrica est oratio, sed
 sedata conveniensque ceteris, quae dicit Paris, moribusque ejus in
 hac fabula.

Stob. 40. p. 238.

Ἄναξ, διαβολαὶ δεινὸν ἀνθρώποις κακόν,
 ἀγλωσσία δὲ πολλάκις ληφθεὶς ἀνήρ
 δίκαια λέξας ἤσσον εὐγλώσσου φέρει.

His verbis Paris infantiam suam excusat apud Priamum, ne sibi
 obsit, defendenti, et juste quidem, se et suos contra Deïphobi et
 Chori criminationes. quo pertinent etiam fragmenta duo, quae se-
 quuntur.

Stob. 91. p. 507.

Ἄδικον δ' ὁ πλοῦτος, πολλὰ δ' οὐκ ὀρθῶς ποιεῖ.

Idem 95. p. 518.

Κακόν τι βούλευμ' ἦν ἄρ' εἰς εὐανδρίαν
 ὁ πλοῦτος ἀνθρώποισιν, αἶ τ' ἄγαν τρυφαί·
 πενία δὲ δύστηνον μὲν, ἀλλ' ὅμως τρέφει
 μοχθοῦντ' ἀμείνω τέκνα καὶ δραστήρια.

Chorus infestior etiam Paridi quam antea propter prudentem
 orationem, metuensque, ne Priamus audiat eum, Deïphobique et
 suam ipsius insolentiam coërceat,

Σοφὸς μὲν οὖν εἶ, Πρίαμ', inquit, ὅμως δὲ σοὶ λέγω,
 δούλου φρονουῦντος μᾶλλον ἢ φρονεῖν χρεῶν
 οὐκ ἔστιν ἄχθος μείζον, οὐδὲ δῶμασι
 κτήσις κακίων, οὐδ' ἀνωφελεστέρα.

quae extant apud Stobaeum 60. p. 383. Hisque senibus violentio-
 res filii regis duce Deïphobo Paridem strictis gladiis invadunt, qui

pastoribus trepidantibus, illis autem persequentibus, in aram Jovis Hercei confugit, clamans (Stob. 38. p. 222.)

*Ὀἴμοι θανοῦμαι διὰ τὸ χρήσιμον φρενῶν,
ὃ τοῖσιν ἄλλοις γίγνεται σωτηρία!*

causam sibi mortis bonam mentem esse queritur, propter quam alias homines serventur.

3, a, b, c.

Longinus cap. 15.

Ibi consistentem supplicem videns Cassandra acclamasse videtur Trojanis, ut opem ferrent regis filio. Virginis divinae prima tantum verba servata sunt a Longino

Ἄλλ', ὦ φίλιπποι Τρωῆς,

cum hoc, vel quiddam simile dixerit apud Euripidem

Ἄλλ', ὦ φίλιπποι Τρωῆς, οὐκ ἀρήξετε; etc.

Stob. 110. p. 581.

Qua re comperta laetus Priamus, uxorem compellans,

*Ἐκάβη, τὸ θεῖον ὡς ἄελπτον ἔρχεται
θνητοῖσιν, ἔλκει δ' οὔποτ' ἐκ ταύτου τύχας!*

Eidemque tribui possunt ista, quae habet Comici scholiastes ad Ran. 100., tanquam ἐξ Ἀλεξάνδρας Εὐριπίδου allata,

— Καὶ χρόνου προὔβαινε ποῦς,

ut senex paulatim elapso tempore infantem illum expositum evasisse dicat juvenem fortissimum.

Retulit ad hoc drama Musgravius illa, quae leguntur apud Plutarchum Moral. p. 821, b., qui locus sic habet: „Ὡσπερ οὖν τῆς Κασάνδρας ἀδοξούσης ἀνόνητος ἦν ἡ μαντικὴ τοῖς πολίταις,

*Ἄκραντα γὰρ με, φησὶν, ἔθηκε θεσπίξειν θεὸς,
καὶ πρὸς παθόντων κἂν κακοῖσι κειμένων
σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν δὲ μαίνομαι.*

sed non persuadet, siquidem hic non contemnitur vaticinium Cassandrae, sed fidem illi habens Priamus filium agnoscit.

Eratosthenes Cataster. XV., *Μυθογράφων* ed. Westermann. p. 250., de Cephæo: — Ἦν δὲ, ὡς *Εὐριπ.* φησὶν, Αἰθιοπῶν βασιλεὺς, Ἀνδρομέδας δὲ πατήρ· τὴν δ' αὐτοῦ θυγατέρα δοκεῖ παραθεῖναι τῷ κῆτει βορᾶν, ἣν Περσεὺς ὁ Διὸς διέσωσε, δι' ἣν καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς ἄστροις ἐτέθη Ἀθηνᾶς γνώμη. et ibidem XVII. Ἀνδρομέδα. Αὕτη κεῖται ἐν τοῖς ἄστροις διὰ τὴν Ἀθηνᾶν, τῶν Περσέως ἄθλων ὑπόμνημα, διατεταμένη τὰς χεῖρας, ὡς καὶ προετέθη τῷ κῆτει, ἀνθ' ὧν σωθεῖσα ὑπὸ τοῦ Περσέως οὐχ εἴλετο τῷ πατρὶ συμμένειν, οὐδὲ τῇ μητρὶ, ἀλλ' αὐθαίρετος εἰς τὸ Ἄργος ἀπῆλθε μετ' ἐκείνου, εὐγενὲς τι φρονήσασα. λέγει δὲ καὶ *Εὐριπ.* σαφῶς ἐν τῷ περὶ αὐτῆς γεγραμμένῳ δράματι. His consimilia, sed breviora, habet Hyginus Poët. Astron. XI., sive is a Graeco accepit, sive hic ab illo, quae est sententia doctissimi Westermanni l. l., praefat. p. IX. cf. W. p. 666. Praeterea evolvi jubeam prae aliis Luciani Dial. marin. 14. et Ovidii Met. IV, 664—762. Parodia fabulae extat apud Comicum Thesmophoriazosis, cujus dramatis Fritzscheus curavit editionem hisce adhibendam, neque neglectam a Welckero, quamvis raro sentiente cum viro litteratissimo. Andromedae ibi personam gerit vetulus Mnesilochus, Echus eum iridentis Euripides, et pro ceto Scythia inductus est. Acta est autem Andromēda Euripidea anno ante Thesmophoriazosis. G. Hermannus praef. Helenae p. VII.: „Scholiastes ad Thesmoph. 1012. (958.) de Andromeda: *Συνδεδίδακται γὰρ τῇ Ἑλένη.* quodsi

λευσε —, Βῆλος δὲ ὑπομείνας ἐν Αἰγύπτῳ βασιλεύει μὲν Αἰγύπτου, γαμει δὲ Ἀγγινόνῃ τὴν Νείλου θυγατέρα, καὶ αὐτῷ γίνονται παῖδες δύο, Αἰγυπτος καὶ Δαναός, ὡς δὲ φησὶν *Εὐριπίδης* (Andromeda procul dubio) καὶ Κηφεὺς, καὶ Φινεὺς προσέει. Alii aliter, sed Euripides ob oculos versatus esse videtur Apollodoro.

*) Oblitus hic est Apoll. commemorare ensē falcatum (ἄρπην), sed in superioribus hujus capituli, §. 8.: λαβὼν δὲ καὶ παρὰ Ἐρμῶ, inquit, ἄδαμαντίνην ἄρπην (Jovis telum bello contra Typhonem Apoll. I, 6, 3, 7.), πετόμενος εἰς τὸν ὠκεανὸν ἦκε, καὶ κατέλαβε τὰς Γοργόνας κοιμώμενας etc.

ostendi potest, quo anno acta sit Andromeda, constabit etiam de Helena. Nondum editam fuisse Andromedam, cum Aves doceret Aristophanes, tradit schol. ad Avium versum 347. (339.), reprehendens Asclepiadem, qui respici eam in Avibus crediderat. Aves autem actae sunt Ol. 91, 2. archonte Chabria. Ranas edidit Arist. Ol. 93, 3. Callia archonte. Ad ejus fabulae v. 53. observat schol., octavo ante anno actam esse Andromedam. is vero est Ol. 91, 4. (anno ante Chr. nat. 413.), quo archon fuit Cleocritus. Anno post, Ol. 92, 1., archonte Callia, actae sunt Thesm., ipso in ea fabula teste Aristophane γ. 1060. (1001.): quapropter eam v. 850. (808.) τὴν καινὴν Ἑλένην vocat, quod recte interpretatur schol. ὑπόγυον δεδιδραμένην.

1.

Schol. Ravenn. ad Aristoph. Thesm. 1074. (1006.) Ὁ Μνησίλοχος ὡς Ἀνδρομέδα. τοῦ προλόγου Ἀνδρομέδας εἰσβολή. Schol. Theocr. II, 166. Ὅτι δὲ ἐπὶ ἄρματος ὄχειται ἡ Νυξ, Εὐρ. Ὡ Νυξ etc.

Ὡ Νυξ ἱερὰ, an.

ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις, an. paroem.

ἀστεροειδέα νῶτα διφρευούσ' dact. t.

αἰθέρος ἱερᾶς an.

τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου! an. paroem.

Valde infans atque inelegans fuisset E., si parvo intervallo dixisset Νυξ ἱερὰ, αἰθέρος ἱερᾶς, quorum haec quidem suspecta reddit etiam dactylum male excipiens anapaestus. quare ἱερᾶς depravatum arbitror et ponendum — αἰθέρος αὔραις τοῦ σ. δι' Ὁ.

Initium simile Iphigeniae Aul. et Rhesi.

2., 3., 4.

Ad eandem Andromedae monodiam pertinent haec ex eodem loco Aristophanis:

Τί ποτ' Ἀνδρομέδα περιάλλα κακῶν an. d.

μέρος ἐξέλαχον, θανάτου τλήμων;

Schol. Rav.: Δεῖπει „μέλλουσα τυχεῖν.“ Cave credas: per se enim, et eleganter quidem, dictum est θαν. τλήμων, „misera mortis,“ i. e. ob mortem, propter genus mortis, quo mihi pereundum est.

Neque abhorrent illa, quae affert Schol. ad Comici Av. 347. (cf. fragm. 45.)

Ἐκθεῖναι κήτεϊ φορβάν.

et ista, quae restituas e Thesm. 1029. et seqq.

— — Οὐ i. trim.

χοροῖσιν, οὐδ' ὑφ' ἡλίκων νεανίδων,

ἀλλ' ἐν πυκνοῖς δεσμοῖσιν ἐμπεπλεγμένη

- κήτει βορά πρόκειμαι, anacr.
 5 γαμηλίῳ μὲν οὐ ξὺν παιῶνι, δεσμίῳ δέ. asynart.,
 2 anacr.
 Γοᾷσθὲ μ', ᾧ γυναῖκες, ὡς μέλεα μὲν πέπονθα
 μέλεος, ᾧ τάλαιν' ἐγώ! tr. d. cat.
 ἀπὸ δὲ συγγόνων ἄλλως ἄνομα πάθεια, dochm. hyp.
 πολυδάκρυτον αἴδα γόον φλέγουσαν. asynart., dochm.
 et ithyph.
 10 ἴω μοι μοίρας ἄτεγκτε δαίμων! asynart., dochm. et i. h.
 ᾧ κατάρατος ἐγώ! — dact. d. hyp.
 Τίς ἐμὸν οὖν ἐπόψεται tr. d. cat.
 πάθος ἀμέγαρτον ἐπὶ κακῶν παρουσία;
 εἶθε με πυρφόρος αἰθέρος ἀστήρ dact. t.
 15 ἐξολέσειεν! adon.
 οὐ γὰρ ἔτ' ἀθανάταν φλόγα λεύσσειν ἐστὶν ἐμοὶ
 φίλον, ὡς ἐκρεμάσθην, dact. octon.
 λαιμότμητ' ἄχη δαιμονῶσ', asynart., t. et i.
 αἰόλα νέκυσ' ἐπὶ πορεία. glyc. hyp.

Schol. Rav. ad 8. (1040.) Ἀπὸ κοινου λάβωμεν „Πέπονθα ἄνομα πάθεια.“ καὶ ταῦτα ἐξ Ἀνδρομέδας, δεομένης (ita Matth. pro δεομένη) τοῦ βαρβάρου (barbari regis, Cephei). προεῖπε δὲ „Γοᾷσθὲ μ', ᾧ γυν.“ etc. Omittendum fuit 4. nomen heluonis Glaucetae (Γλαυκέτη), quod Comicus infersit post βορά: tum mutandum τάλας in τάλαινα, δαιμονῶν in δαιμονῶσ'. 8. pro corruptis ἀλλ' ἀν' ἄνομα etc. dedi ἄλλως, compendio αλλσ' deceptos esse ratus librarios, ut haec dicat virgo „et incendentem (me deplorate) luctum lacrimosum Orci propter temere a cognatis illata in me mala injusta.“ οὖν pro οὐκ debetur Jacobsio Anthol. Palat. III. p. 741., et Brunckio αἰόλα πορεία (cito itinere) 18., quo versu, quod in codicibus habetur, νέκυσιν corrumpit metrum.

5.

Idem schol. ad Thesm. 1018. (964.) Πάλιν ἐξ Ἀνδρομέδας. πρὸς τὴν Ἥχῳ Ἀνδρ. λέγει „Προσαιοῦσσαι τὰς ἐν ἄντροις ἀπόπασσον ἕασον ἀχοῖ με σὺν φίλαις γόου πόθον λαβεῖν.“ Haec restitueris ita scribendo:

Πρὸς αἰδοῦς σε*), τὰς ἐν ἄντροις ἀπόπασσον, asynart.,
 dochm. et pherecrat.

ἕασον δ', Ἀχοῖ, με σὺν φίλαισι asynart., dochm. et i. h.
 γόου πόνον λαβεῖν! i. d. brachycat.

Copulam addidi necessariam, cui copulae (Δ') verisimile videtur officisse A. simile vicinum, et pro inepto πόθον dedi πόνον. Seidler. et alii ἀπόπασσον. precatur Echonem Andr., ut tacere

*) Scil. ἰκετεύω. cf. Iphig. Aul. 818 etc.

jubeat Nymphas *ἀντριάδας*, famulas suas. W. p. 653., nota 15.: „Es ist neu u. eigen, dass Echo ihre Dienerinnen hat, u., wie sie selbst in Höhlen wohnt (Ovid. Met. III, 395.), *πέτρας ὄρειας παῖς* (Hecub. 1110.), *πέτρας ἠχώ* (Aeschyl. Pers. 390.), wie Fritzsche p. 420. anführt, so auch durch die Höhlennymphen wirkt. Denn *αἱ ἐν ἄντροις* sind die *ἀντριάδες*, welche Phrynichos Arabios. (Bekker. Anecd. p. 17.) von den Najaden u. Oreaden unterscheidet —. Der Unterschied ist, dass andre Nymphen in Höhlen verehrt werden u. hausen, diese aber das Eigenthümliche der Grotten, das Hallende insbesondre, ausdrücken.“ —

6.

Idem ad Lysistr. 962. (898.) *Ποῖα ψυχῆ; Παρὰ τὸ ἐξ Ἀνδρομέδας „Ποῖα λιβάς, σειρῆν;“* Schol. Ravenn. *Πῶς δυνήση σαυτὸν ἐπισχεῖν, οὕτως ἠρεθισμένος; παρὰ τὸ ἐξ Ἀνδρομέδας „Ποῖαν ἀλιβάδ’, ποῖος εἰρήν.“* Matth.: „An *Ποῖαι λιβάδες, ποῖα σειρῆν;“* Hoc certatim propagaverunt viri docti non explicatum, nec sane difficultate caret vox *λιβάδες*, nisi forte *Λιβάδες* intelligendae sunt nympheae fontium, quibus non inepte sociaretur Siren, siquidem Sirenes Acheloi filiae perhibebantur. quodsi hoc placet, Perseus advolans, ubi e longinquo conspexit Andromedam et circumfusas amicas ejus in rupe, mulieres choricas, habet eas pro nymphis fontium ibi scatentium, et ipsam pro Sirene. sed suspicor Tragicum dixisse *Ποῖαι λιβάδες; „Quae saxa?“* tum intelligendus collis saxosus, ad quem alligata fuit Andromeda.

7., 8., 9.

Jam sequuntur verba Persei advenientis*) et cum puellis Aethiopicis ipsaque Andromeda colloquentis.

Thesmoph. 1098. (1036.)

(ΠΕΡΣ.) ὦ θεοί, τί ν’ ἐς γῆν βαρβάρων ἀφίγμεθα
ταχεῖ πεδίλω; διὰ μέσου γὰρ αἰθέρος
τέμνων κέλευθον πόδα τίθημι ὑπόπτερον,
Περσεύς, πρὸς Ἄργος ναυστολῶν, τὸ Γοργόνοσ
κάρα κομίζων.

Ad haec Schol. Rav. mendose: *Εἰς Περσέα ἐξ Ἀνδρομέδας τρία τὰ πρῶτα, καὶ λοιπὸν ἐπέξευξε τὰ ἐξῆς.* dicendum erat *Περσεῶσ*, deleto *Εἰς*, nec causa est, cur verba *Περσεύς — κομ.* abjudicemus ab Euripide.

8.

Schol. ad Thesm. 1116. (1054.), qui affert verba *Ἐα — θαλάσσης*, tum Maximus in Dionys. Areopag. t. II. p. 28. ed Corder.

*) W. p. 648, not. 5. „Pollux IV, 128. u. Schol. ad Clem. Alex. Protr. p. 98.; *Δεῖνυσι δὲ ἡ μηχανὴ θεοῦσ καὶ ἤρωασ τοῦσ ἐν ἀέρι, Βελλεροφόντην ἢ Περσέα, καὶ κεῖται κατὰ (Schol. μετὰ) τὴν ἀριστεράν ὑπὲρ τὴν σκητῆν τὸ ὕψοσ.* Cf. Aristoph. Daedal. fragm. 3. (Erotian. v. ἀνεκός.)“

et Pachymeres ibidem p. 30., apud quos reliqua leguntur. dicit haec Perseus, cum longius etiam abest a terra; quae sequuntur autem similia, ubi propius accessit, ita ut cognoscat, non effigiem insculptam rupi, sed veram vivamque esse virginem Andromedam.

*Ἔα, τίν' ὄχθον τόνδ' ὄρω περιβόητον
ἀφρῶ θαλάσσης, παρθένου τ' εἰκά τινα
ἔξ αὐτομόρφων λαῖνων τυκισμάτων,
σοφῆς ἄγαλμα χειρός;*

Toleravi verbum αὐτομόρφων, ut τυκίσματα (ita Jacobs. Exerc. crit. I. p. 215. pro *τεκισμάτων*) αὐτόμορφα intelligantur effigies, quae velut totae sint forma, i. e. omnino formosae, sive Welckeri verbis „ganz Form, urschön, wie αὐτόκωλος bei Simonides de Mulier. 76., αὐτόξυλος, αὐτοχόωνος Iliad. ψ', 826“ etc. vellem tamen allata esse exempla vocabuli ea notione usurpati: neque enim inepte Fritsch. αὐτόμορφα dici putat ea, quae sponte sua certam formam assumerint, „selbstgestaltet,“ nisi quod ei sensui repugnant verba σοφῆς ἄγαλμα χειρός, ut W. animadvertit. videndum igitur, an reponendum sit, facili quidem mutatione sententiaque perspicua, ἀντιμόρφων, „effictorum.“ sic ἀντικύων pro αὐτή κύων legendum videtur apud Homeri scholiastas Odys. ν', 66., ubi plura de huiusmodi mendis.

9.

Tiberius rhet. §. 47. ed. Boissonade.

Ὅρω δὲ πρὸς τῆς παρθένου θοινάματα.

10.

Thesmoph. 1105. (1043.)

(ΠΕΡΣ.) *Ἔα, τίν' ὄχθον τόνδ' ὄρω, καὶ παρθένου
θεαῖς ὁμοίαν, ναῦν ὅπως, ὠρμισμένην;*

(ΑΝΔΡ.) *ὦ ξένε, κατοίκτηρόν με τὴν παναθλίαν!
λύσον με δεσμῶν!*

Malim — τὴν παν., λύσον δὲ δ. de δ et μ litteris interdum confusis v. Porson. ad Phoeniss. 1555.

11.

Ibidem 1015. (961.)

(Π.) *Φίλοι παρθένοι, φίλα μοι* glyc. polyschem.

πῶς ἂν ἐπέλθοιμι; (ΑΝΔΡ.) *Κλύεις, ᾧ;* chor. d. hyp.

libri ἀπέλθοιμι; verbis Κλ., ᾧ; Andr. laeta Persei adventu et desiderio, quod significat, se adeundi compellat, nisi fallor, puellam proxime adstantem, seu coryphaeum.

12.

Stobaeus 112. p. 183.

(Α.) *Συνάληθσον, ὡς ὁ κάμνοντι δακρύων* dochm. hyp.
μεταδούς ἔχει κουφότητα μόχθων. asynart., 2, i, h.

Ita Meinek. Marginalium VII. (Zeitschr. f. A. W. a. 1843. fascic. 2.), nisi quod minus recte digessit versus. Vitiose codd. κάμνων. dictum ὁ κάμνοντι μεταδοὺς δακρύων pro τὸ κάμνοντι μεταδιδόναι δ., de quo genere loquendi v. Meinek. Fragm. Com. gr. IV. p. 368., nos ad Odys. δ', 397. E. Herc. fur. 1134 Αὔθαδες ὁ θεὸς pro A. τὸ θεῖον, et contraria ratione inferius fr. 22. ὑπ' αὐτοῦ τοῦ διδάσκεισθαι φιλεῖν pro ὑπ' αὐτῶν τῶν διδάσκεισθαι φιλοῦντων, „a discendi cupidis," i. e. amantibus.

13.

Schol. Ravenn. ad Thesmoph. 1022. (966.)

(ΧΟΡΟΣ.) "Ανοικτος ὡς τεκῶν σε, anacr.

τὴν πολυπονωτάτην βροτῶν, i. d.

μεθῆκεν ἄδα ματρὸς ὑπερθανεῖν. alc.

Codd. πατρὸς ὑπερθ., sed pro matre moritura erat Andromeda. Apollodorus in superioribus: Κασσιέπεια γὰρ — Νηρηΐσιν ἤρισε περὶ κάλλους etc. saepe confusae μ et π litterae in libris.

14.

Thesm. 1121. (1048.), 1067. (999.), Plutarch. Sympos. IX, 15., p. 747, D., qui attulit verba Ὁ πετ. — γοργ.

(Π.) Ὡ παρθέν', οἴκτειρω σε κρεμαμένην ὄρων *).

(A.) Σὺ δ' εἴ τις, ὅστις τοῦμὸν ᾧκτειρας πάθος;

(Π.) Ὁ πετόμενος ἱερὸν ἀνὰ Διὸς αἰθέρα dochm.

γοργοφόνοσ.

Aristoph. v. 2. ἦτις, ut convenit personae ludicrae Echonis, quam compellat Andromedae partes agens Mnesilochus.

15.

Plut. Moral. p. 22, e. Τῶ θοάζειν τὸ κινεῖσθαι σημαίνουσιν, ὡς E.

(Andr. in explicatione mythi sui)

Κῆτος θοάζον ἐξ Ἀτλαντικῆς ἀλός.

16.

Zenobius V, 45.

(A. ibidem)

Οἶψ μ' ὁ δαίμων θηρίῳ συνάκισεν.

*) Matthiaeum, ne Euripideis insereret vicina ista apud Aristophanem

— Ἀνθρώποισι γὰρ νοσήματα

ἄπασιν ἐστίν, ἐμὲ δὲ καὶ τὸν τῆς κόρης

ταύτης ἔρωσ εἴληφεν,

vel versus medii mensura comoediam redolens deterrere debebat. Etiam Thesm. 1122. (1060.) Πισεῖν ἐς εὐνήν καὶ γαμήλιον λέχος habet comicum colorem, fucatum illum verbis tragicis (Orest. 1022.) γαμ. λέχος.

17.

Diogenes Laërt. IV, 29. — τὰ ἐξ Ἀνδρομέδας Εὐριπίδου —
(Π.) ὦ παρθέν', εἰ σώσαιοί μ' ἔσει μοι χάριν ;

18.

Herodianus Περὶ σχημάτων p. 58, 9. (Villoison. Anecd. gr.
II. p. 94.)

(Α.) Ἄγου δέ μ', ὦ ξέν', εἴτε πρόσπολον θέλεις,
εἴτ' ἄλοχον.

libri εἴτ' ἄλ., εἴτε δμωίδα. Diog. Laert. l. l. Ἄγου με, ὦ
ξένε, εἴτε δμωίδ' ἐθέλεις, εἴτ' ἄλοχον, qui germanae vocis sub-
stituit glossema. versificatoris, de sententia securi, est illud Εἴτ'
ἄλ., εἴτε δμωίδα.

19.

Stob. 110. p. 581.

(Α.) Μή μοι προτείνων ἐλπιδ' ἐξάγου δάκρυ.

(Π.) Γένοιτο δ' ἂν πόλλ' ὦν δόκησις οὐκ ἔνι.

Ita Matth. nota. vulgo verba Γέν. — ἔνι. Andromedae orationi
continuantur. His apte subjungas sub persona virginis, quae affert
Stob. 97. p. 538., haec:

20.

Ἡ που τὸ μέλλον ἐκφοβεῖ καθ' ἡμέραν,
ὡς τοῦ γε πάσχειν τοῦπιὸν μείζον κακόν.

Sane futurum quaeque formidat dies,
torquetque magis urgente venturum malum.

Nec discrepat Thesm. 1134. (1072.)

21.

Μέμνησο, Περσεῦ, μ', ὡς κατέλιπες ἀθλίαν.

libri καταλείπεις corrupto senario tragico. Clamabat hoc, ni fal-
lor, Andromeda Perseo digresso ab illa, ut Cepheum conveniret
de stipulandis filiae nuptiis ante quam belluae se objiceret: sic enim
rem gestam esse narrat Apollodorus. etiam Mythogr. I, 73.:
— Pactusque est a Cepheo et Cassiopeia, parentibus virginis, ut
eam sibi matrimonio jungerent, si belluam interemisset. Ipse Per-
seus tum videtur pronuntiasse illa apud Athenaeum XIII. p. 561, b,
c, quae verba ejus esse in Andromeda Euripidea docet Lucianus
De conscrib. hist. 1.

22.

Σὺ δ', ὦ τύραννε θεῶν τε κἀνθρώπων, Ἔρωε,
ἢ μὴ δίδασκε τὰ καλὰ φαίνεσθαι καλὰ,
ἢ τοῖς ἐρώσιν, ὧν σὺ δημιουργός εἰ,
μοχθοῦσι μόχθους εὐτυχῶς συνεκπύνει.
καὶ ταῦτα μὲν δρωῶν τίμιος θεοῖς ἔσει,
μὴ δρωῶν δ' ὑπ' αὐτοῦ τοῦ διδάσκεσθαι φιλεῖν
ἀφαιρεθήσει χάριτας, αἷς τιμῶσί σε.

Verba *τίμιος θεοῖς ἔσει* pluribus offensionem fuerunt, quorum Musgrav. proponit *τ. νέοις ἔ.*, Dobraeus autem ad Aristoph. Vesp. 396. pro *θεοῖς* legendum putat *θνητοῖς*, vel *θεῶν*. sed parum laudis est, si apud juvenes tantum et mortales poeta honoratum iri dicat Amorem, quem deorum et hominum tyrannum appellavit; *θεῶν* autem nec verisimile videtur, et friget *τίμιος θεῶν*, si nihil aliud significat quam *τίμιος θεός*. merito tamen in suspicionem adductum esse arbitror *θεοῖς*, quippe quod non magis sufficiat sententiae quam *νέοις* vel *θνητοῖς*. malim igitur *τίμιος θεός τ' ἔσει*, „honoratus eris et deus,“ i. e. deus nomine dignus, deus verus, deus potens, quemadmodum emphatice dici solent verba *θεός*, deus. E. Helena 516. (560.) ὦ θεοί! θεός γὰρ καὶ τὸ γινώσκειν φίλους. Virg. idyll. 1, 7. „Namque erit ille mihi semper deus.“ cf. annot. ad 12. *θεοστ'* facile in *θεοῖς* mutari potuisse sciunt palaeographi.

Quae habet Stob. 62. p. 399.

Σὺ δ', ὦ κάκιστε πάντων θεῶν τε κἀνθρώπων,
ἢ μὴ δίδασκε τὰ κακὰ φαίνεσθαι καλά,
ἢ τοῖς ἔρωσιν εὐμενῆς παρίστασο,

ea non Euripidis esse, sed poetae alicujus *παρωδοῦντος*, Matth. et W. animadverterunt. primus versus sic opinor, scribendus est, restituto senario comico:

Σὺ δ', ὦ κάκιστε θεῶν τε πάντων καὶ βροτῶν.

καὶ βροτῶν etiam Scaliger apud Grotium, nec dubium quin depravatum sit *κἀνθρώπων*.

23., 24.

Stob. 61. p. 388.

Ὅσοι γὰρ εἰς ἔρωτα πίπτουσιν βροτῶν,
ἔσθλων ὅταν τύχῳσι τῶν ἐρωμένων,
οὐκ ἔστι ποίας λείπεται τόθ' ἡδονῆς.

Haec commode ad eandem Persei orationem referantur. item illa Stob. 65. p. 411.

Τῶν γὰρ πλούτων ὄδ' ἄριστος anap. paroem.
γενναῖον λέχος εὐρεῖν. pherecrat.

Pars non exigua fragmentorum hujus fabulae continetur Persei colloquio cum Cepheo de paciscendis Andromedae nuptiis. Narra- rasse putandus ille est matris suamque historiam, genus ab Jove, sed adversas et Danaë's et ipsius fortunas, ejectorum olim in mare ab Acrisio, nec servatorum a Polydecte, rege Seriphi insulae, nisi iniquis conditionibus nuptiarum matris et ab ipso suscipiendae ex- peditionis ad afferendum Medusae caput abscissum, quod opus se effecturum juvenili audacia elatum temere promisisse (24.), eoque diis faventibus peracto gloriam quidem nunc reportare magnorum ausorum, sed opibus destitutum esse, nec tuto vel Argos rediturum

ob metum Acrisii de oraculo*), vel ad Polydecten propter importunum ejus amorem, quem ad vim spectare. perdit autem se amare Andromedam (26.), neque indignum regia virgine sibi videri, qui et belluam interfectorus sit, et placato Acrisio Argis se regnaturum sperare possit. Ad haec barbarus primum silere, incertus consilii, ut qui servari quidem vellet filiam, sed generum inopem atque obnoxium, et fortasse a Phineo vel Agenore notatum tanquam nothum, contemneret; deinde magnos Persei spiritus reprimere, opesque ceteris rebus praeferre, quibus opibus se ait abundare, quamvis afflictum (31.—33.), donec tandem monitis Chori senum, opinor, Aethiopum lenitus filiam despondet Perseo, si victor redierit.

Persei verba ad Cepheum ante quam belluam invadit.

25.

Stob. 50. p. 357.

Νεότης μ' ἐπήρε, καὶ σθένος τοῦ νοῦ πλέον.

26.

Idem 69. p. 399.

Ἔρωτα δεινὸν ἔχομεν· ἐκ δὲ τῶν λόγων
ἐλοῦ τὰ βέλτισθ', ὡς ἄπειστόν ἐστ' ἔρωτος,
κἂν τῷ κακίστῳ τῶν φρενῶν οἰκεῖν θέλει.

Perseus, suspicans, quae dicturus sit pro se et causa sua nuptiarum Andromedae, vana visum iri barbaro regi, vehementem amorem excusat, Cepheumque jubet ex oratione sua optima eligere: neque enim aptum ad persuadendum esse amorem, ut cujus non eadem in animo sedes sit quae rationis, sed fere pessima ista libidinum. ὡς pro ὥστε vulgato recte Piersonus apud Valck. Diatr. p. 159. nos dedimus ἄπειστον, quo sensu ἀπειθῆ μῦθον dixit Theognis 1235. abhorrent enim verba codicum ὥστ' ἄπιστόν ἐστ' ἔρωτος, „infidum est amor,“ ut veritit Grotius.

27.

Idem 29. p. 200.

Οὐκ ἀίσχρὸν οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς,
ἀλλ' ἡδύ τοι σωθέντα μεμνησθαι πόνων.

*) Apollod. II, 4, 1, 1.: Ἀκρίσιῳ δὲ περὶ παίδων γενέσεως ἀρρόφεναν χρησιγηριζομένῳ ὁ θεὸς ἔφη γενέσθαι (ἂν) παῖδα ἐκ τῆς θυγατρὸς, ὃς αὐτὸν ἀποκτείνει. δεισας οὖν Ἀκρίσιος τοῦτο, ὑπὸ γῆν θάλαμον κατασκευάσας χάλκεον, τὴν Δανάην ἐφροσύρει. ταύτην μὲν, ὡς ἐνιοὶ λέγουσιν, ἐφθειρε Προῖτος (Acrisii frater geminus), ὅθεν αὐτοῖς καὶ ἡ στάσις ἐκινήθη, ὡς δὲ ἐνιοὶ φασί, Ζεὺς μεταμορφωθεὶς εἰς χρυσὸν, καὶ διὰ τῆς ὄροφῆς εἰς τοὺς Δανάης εἰσρῦεὶς κόλπους, συνῆλθεν. αἰσθόμενος δὲ Ἀκρ. ὕστερον ἐξ αὐτῆς γεγεννημένον Περσεά, μὴ πιστεύσας ὑπὸ Διὸς ἐφθάρθαι, τὴν θυγατέρα μετὰ τοῦ παιδὸς εἰς λάρνακα βαλὼν ἐβόησεν εἰς θάλασσαν etc.

Negat P. ignominiae sibi esse miram profectionem suam ad Gorgonas jussu Polydectae: neque enim se illi paruisse tanquam obnoxium, sed necessitate implendi promissi; esse autem quod gaudeat feliciter exactis laboribus.

28.

Idem ibidem p. 199.

Εὐκλειαν ἔλαβον οὐκ ἄνευ πολλῶν πόνων.

29.

Idem 34. p. 215.

Σιγᾶς· σιωπὴ δ' ἄπορος ἐρμηνεύς λόγων.

Ad haec W. Cepheum respondisse putat illa, quae ex Plutarchi verbis Moral. 532, f, *Τὴν γὰρ σιωπὴν ὁ μὲν Ε. φησὶ τοῖς σοφοῖς ἀπόκρισιν εἶναι* eruas,

30.

Ἡ γὰρ σιωπὴ τοῖς σοφοῖς ἦν ἀπόκρισις.

31.

Id. 103. p. 562.

*Οὐκ ἔστιν ὅστις εὐτυχῆς ἔφυ βροτῶν,
ἂν μὴ τὸ θεῖον ὡς τὰ πολλὰ συντελῆ.*

Libri: — βροτ., ὃν μὴ — συνθέλει. Heyn. ad Eratosth. Catast. p. XXIV. ὃ μὴ — συντελεῖ. Heathio quoque placuerat *συντελεῖ*. alii: *συντελῆ*. ἂν μὴ *συντελῆ*, „nisi adjuvet.“ His P. respondet ad Cephei dicta 32. et 33., jamque illi deos favere significat, qui se praeter omnem expectationem miserint ad servandam ejus filiam, quam propterea sibi desponderi aequum esse, neque se dubitare quin sic ipse existimet. Quae refellens Cepheus dicere potuit illa, quae posuimus 34., cum ex hac fabula petita videantur doctis, etsi ad Andromacham refert Aristophanis schol. ad Ran. 105.

Cephei verba ad Perseum ex eadem scena.

32.

Stob. 79. p. 469.

*᾿Ω τλήμων, ὡς σοι τὰς τύχας μὲν ἀσθενεῖς
ἔδωχ' ὁ δαίμων, μέγα φρονούσι δ' οἱ λόγοι!*

33.

Idem 96. p. 531.

— *Χρήμασιν γὰρ εὐτυχῶ,
ταῖς συμφοραῖσι δ', ὡς ὄρας, οὐκ εὐτυχῶ.*

34.

Idem 89. p. 502.

*Χρυσὸν μάλιστα βούλομαι δόμοις ἔχειν·
καὶ δοῦλος ὢν γὰρ τίμιος πλουτῶν ἀνὴρ,*

ἑλεύθερος δὲ χρεῖος ὢν οὐδὲν σθένει.
χρυσοῦ νόμιξε σαυτὸν οὔνεκ' εὐτυχεῖν.

35.

Schol. Comici ad Ran. 105.

Μὴ τὸν ἑμὸν οἴκει νοῦν· ἐγὼ γὰρ ἀρκέσω.

Animum alicujus habitare Graeci dicunt eum, qui pro illo cogitat, quod se ipsum posse ait Cepheus, neque opus esse Persei consilii.

Verba Chori cum totius vel Hemichorii lyrica, tum coryphaei, senariis iambicis conscripta.

36.

Stob. 111. p. 582., Ammon. Περὶ διαφ. λέξ. v. ὀρῶδεῖν.
(ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.) Τὰς συμφορὰς γὰρ τῶν κακῶς πεπραγόντων
οὐ πάποθ' ὑβρισ', αὐτὸς ὀρῶδῶν παθεῖν.
(ΧΟΡΟΣ.)

37.

Stob. Eclog. phys. et eth. p. 131.

Τὸ δαιμόνιον οὐχ ὀρᾶς, ὅπη asynart., dochm. et i.
μοίρας διεξέρχεται, στρέφει δὲ asynart., 2 i. h.
ἄλλους ἄλλως εἰς ἀμέραν; asynart., spond. et i.

38.

Idem 93. p. 561.

— Ὅ μὲν ὄλβιος ἦν, anap.

τὸν δ' ἀπέκρουσεν θεός. ἦ κείνων anap. d.
τῶν ποτε λαμπρῶν νεύει βλοτος,
νεύει δὲ τύχα κατὰ πνεῦμ' ἀνέμων.

Codd. — θεός. ἐκείνων. vulgati libri θ. ἐκ κείνων τ. π. λ.
νεύει β., quod foret ἐκνεύει. verum id neque ad sententiam fa-
cit, et sequente altero, νεύει, quod item intelligendum esset
ἐκνεύει, abhorret ab usu graecae linguae, quo bis illatis verbis
cum praepositione compositis nonnisi praepositio solet repeti. igitur
dicendum fuisset — βλοτος, ἐκ δὲ τύχα etc., quod metro ar-
guitur. v. Matth. gramm. gr. §. 594, 2.

Pactis Andromedae nuptiis Perseus ad interficiendam belluam
proficiscitur, eaque occisa rediens lacte et vino excipitur a laetis
pastoribus.

39.

Athenaeus XI. p. 477, a, Eustath. ad Odys. ι', p. 1632, 9,
Macrob. Sat. V, 21.

— Πᾶς δὲ ποιμένων ἔρῳει λεῶς,
ὁ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφος
πόνων ἀναψυκτῆρ', ὁ δ' ἀμπέλων γάνος.

Verba Nuntii.

40.

Jam nuptiae celebrantur, epulamque instruitur, confluentibus Aethiopicibus.

Anecd. Bekker. I. p. 339, 5. "Αγορος και "Αγοροι. Εὐφ. Ἀνδρομέδα „Οἱ κατ' οἶκον ἀμφὶ δαῖτα και τράπεζαν.“ Αἰθίοπας σημαίνει. Scribamus

— Οἱ κατ' οἶκον ἀμφὶ δαῖτα και τράπεζαν ἄγοροι.

και extremo versu, ut Soph. Phil. 292. et alias.

41.

Turbantur nuptiae a Phineo vel Antenore, qui monent Cepheum, ne notho in matrimonium det filiam regiam.

Stob. 75. p. 453.

Ἐγὼ δὲ παῖδας οὐκ ἐῷ νόθους λαβεῖν·
τῶν γνησίων γὰρ, οὐδὲν ὄντες, ἐνδεεῖς
νόμῳ νοσοῦσιν, ὃ σε φυλάξασθαι χρεῶν.

42.

Aristoph. Thesm. 1128. (1066.)

Iidem Perseum objurgant. quos ubi verbis placari non posse, insidiasque strui, sensit, orare desinens et Medusae caput circumspiciens (τούτω πρέπουσαν μηχανήν) inquit

Αἰαί, τί δράσω; πρὸς τίνας στρεφθῶ λόγους;
Ἄλλ' οὐκ ἂν ἐνδέξαιτο βάρβαρος φύσις·
σκαιοῖσι γὰρ τοι καινὰ προσφέρων σοφὰ
μάτην ἀναλίσκοις ἄν. ἀλλ' ἄλλην τινα
τούτω πρέπουσαν μηχανήν προσοιστέον.

probabiliter enim haec ad Andromedam retulit Matth., nec satis causae est, cur verba σκαιοῖσι — προσοιστέον, Aristophani attribuantur, quorum σκαιοῖσι — σοφὰ habeat E. Medea 302. (283.), reliqua vero et apta sint hisce rebus, et, sive sententiam seu metrum spectes, non indigna Tragico. τούτω, isti, contemtim dictum est, ut passim οὗτος.

43.

Stob. Eclog. eth. p. 123.

Τὴν τοι Δίην λέγουσι παῖδ' εἶναι Διὸς,
ἐγγύς τε ναλεῖν τῆς βροτῶν τιμωρίας.

Hisce itidem Perseus a vi inferenda deterrere inimicos potuit, quae huic fabulae Musgrav. alique annumerant: nam in codicibus quidem ex Andromacha petita esse dicuntur.

44.

Difficilius est judicare de corruptis illis apud Stob. 122. p. 613. Τὸ ξῆν ἀφέντες τὸ κατὰ γῆν τιμῶσί σου. κενόν γ' ὅταν γὰρ

ζῆ τις, εὐτυχεῖ, Κρέων. nam recte quidem, opinor, Gaisford., cum Paris. A. ostendat ὅτου γὰρ, posuit ὅπου γὰρ, nec minus bene habet Musgravii εὐτυχεῖν χρεῶν, quibus receptis scripserim

Τὸ ζῆν ἀφέντες τὸ κατὰ γῆν τιμῶσί του,
κενόν γ' ὅπου γὰρ ζῆ τις, εὐτυχεῖν χρεῶν,

quorum sententia est quae istorum apud Horatium Od. III, 24.

Virtutem incolumem odintus,

sublatam ex oculis quaerimus invidi,

siquidem ἀφέντες est „contemnentes;“ verum ea ipsa sententia dubitari potest cujusnam ex persona pronuntietur, nisi forte P. in discrimen mortis adductus invidia procerum Aethiopum ita queritur de ingratis hominum animis, bene de se meritos viros fere vivos spernentium, nec nisi post mortem honorantium praemio inani: nam ubi vivat homo, scilicet apud Superos, ibi felicitate opus ei esse, i. e. honore, quae est in parte felicitatis. Creontis nomine deceptus Valck. haec ad Alcmaeonem retulit propter verba ὦ παῖ Κρέοντος etc. apud Stob. 88. p. 500. neque cautior conjector Hartungus Eurip. restitut. vol. I. p. 428. in enarrando argumento Antigoniae Euripideae: „Cum perventum esset,“ inquit, „ad subterraneum, in qua Antigone viva includenda erat, virgine in tumultum detrusa juvenis eodem subito se demisit, strictoque gladio arcens qui retrahere conabantur una cum virgine inclusus est. His a nuntio expositis in Creontis animo iracundia cum pietate propriiue commodi ratione pugnabat; mox eum poenitentia invasit. Felicior ei videtur sors Polynicis quam sua: ad illum enim, quamvis mortuum, omnes se convertere, se autem vivum destitui:

τὸ ζῆν ἀφέντες, τὸ κατὰ γῆν τιμῶσί σου.

Respondet chorus:

κενόν γ' ὅταν γὰρ ζῆ τις, εὐτυχεῖ, Κρέων.

Dolet enim regis vicem chorus et consolando eum erigere studet“ etc. durissima enim est illa interpretatio verborum τὸ ζῆν — σου, nec sane verum, ubi quis vivat, eum felicem esse; quod sensit Matth.

45.

Schol. Comici ad Av. 347. (cf. fragm. 3.) Καὶ δοῦναι ῥύγχει φορβάν] Ἀσκληπιάδης φησὶν ἀπὸ Ἀνδρομέδας εἶναι, ὡς καὶ τὸ

Σὰ γὰρ ταῦτα πάντα,

καὶ

Ἐκεῖσε δεῦρο. ((Av. 424. [403.] et sequ.)

— Ἄλλως. παρὰ τὸ Εὐριπίδου ἐξ Ἀνδρομέδας

Ἐκθεῖναι κῆτει φορβάν,

— καὶ τὸ „Σὰ γὰρ ταῦτα πάντα,“ καὶ „Τὸ τῆδε καὶ τὸ κεῖσε“ etc. E. Phoeniss. 315. (287.) Ἐκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο.

46.

Schol. Platon. p. 43. Ruhnken., p. 383. Beck. Ἐκινῶντο ἐν αὐταῖς (ταῖς συνουσίαις) κρατῆρες τρεῖς. καὶ τὸν μὲν πρῶτον Διὸς Ὀλυμπίου καὶ θεῶν Ὀλυμπίων ἔλεγον, τὸν δὲ δεῦτερον ἠρώων, τὸν δὲ τρίτον σωτήρος, ὡς ἐνταῦθά τε καὶ δὴ καὶ ἐν Πολιτείᾳ. ἔλεγον δὲ αὐτὸν καὶ „τέλειον,“ ὡς E. Ἀνδρομέδα καὶ Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς.

47.

Anecd. Bekker. p. 78, 21. Αἰσχροκερδῆς. E. Ἀνδρομέδα.

48.

„Hesych. Ἀμείβεται: παραιτεῖται. E. Ἀνδρομέδα. Corrigunt περαιοῦται.“ Matth. Nobis verisimilius videtur παραθεῖται a παραθεῖν, „praetercurrere.“

VIII. ANTIGONH.

Magna est virorum doctorum, inprimis Welckeri et Hartungi, de argumento hujus fabulae dissensio. W. enim Hygini narratione usurpata Maemonem, Antigonaе filium, adultum inducit, quo agnito tamen Creon, tam longo tempore elapso adhuc inexorabilis, et illam et Haemonem filium ad mortem adigit propter sepultum Polynicem; probabiliorem vero secutus rationem Hartungus (Eurip. restitut. vol. I. p. 421—430.) fundum disputationis suae facit Aristophanis Byzant. verba in argumento Antigonaе Sophocleae et similia scholiastae in fine ejus fabulae. igitur audiendi nobis et hi duo sunt et Hyginus, ne temere judicemus. Et Hyginus quidem fab. 72.: „Creon,“ inquit, „Menoecii filius edixit, ne quis Polynicen, aut qui una venerunt, sepulturae traderet, quod patriam oppugnatum venerint. Antigona soror et Argia conjunx clam noctu Polynicis corpus sublatum in eadem pyra, qua Eteocles sepultus est, imposuerunt. quae cum a custodibus deprehensae essent, Argia profugit, Antigona ad regem est perducta. Ille eam Haemoni filio, cujus sponsa fuerat, dedit interficiendam. Haemon amore captus patris imperium neglexit, et Antigona ad pastores demandavit, e mentibusque est se eam interfecisse. Quae cum filium procreasset et ad puberem aetatem venisset, Thebas ad ludos venit. Hunc Creon rex, quod ex Draconteo genere omnes in corpore insigne habebant, cognovit. Cum Hercules pro Haemone deprecaretur, ut ei ignosceret, non impetravit. Haemon se et Antigona conjugem interfecit. at Creon Megaram filiam suam Herculi dedit in conjugium, ex qua nati sunt Therimachus et Ophites.“ Aristophanes autem Byzant.: *Κεῖται δὲ ἡ μυθοποιία καὶ παρ’ Εὐριπίδῃ ἐν*

Ἀντιγόνη· πλὴν ἐκεῖ φωραθεῖσα μετὰ τοῦ Αἴμονος δίδοται (δίδοται τῷ?) πρὸς γάμου κοινωνίαν, καὶ τίκει τὸν Μαίμονα. et scholiastes: (Ἰστέον) ὅτι διαφέρει τῆς Εὐριπίδου Ἀντιγόνης αὐτῆ, ὅτι φωραθεῖσα ἐκείνη διὰ τὸν Αἴμονος ἔρωτα ἐξεδόθη πρὸς γάμον, ἐνταῦθα δὲ τουναντίον. His ego usus tale hujus dramatis argumentum fuisse arbitror.

Antigone, in sepeliendo fratre deprehensa una cum Haemone sponso, non supplicio quidem affecta est a Creonte, sed Baccho, deo patrio, intercedente, in matrimonium data viro ignobili, sicut Electra in hujus nostri fabula cognomini, Haemon autem aliam ducere uxorem jussus; cujus violentiae impatiens juvenis, postquam orando atque objurgando patrem demovere de hac sententia frustra conatus est, manus sibi attulit*), impotentem irae senem, jam sero dolentem, solantibus civibus Thebanis, ex quibus Chorum constitisse sentio cum Welckero. Mire Hartungus p. 421., perperam acceptis grammaticorum verbis δίδοται πρὸς γάμου κοινωνίαν et ἐξεδόθη πρὸς γάμον: „Hoc testimonio (Aristophanis Byzant.), idem utrique poetae argumentum propositum fuisse, neque rerum, quae in utraque fabula agerentur, naturam, excepto eventu, multum discrepasse, satis, puto, aperte et perspicue declaratur. Nihil enim interfuisse (διαφέρειν) praeter exitus diversitatem, tum socio et adjuvante Haemone corpus interfecti sive crematum sive humatum a virgine esse, denique Antigonaem Haemoni, postquam invictus adolescentis amor ex conspiratione illa cognitus sit, in matrimonium datam esse (ἐξεδόθη) affirmat scholiastes.“ ad eundem scopulum allisus Matth., quomodo expediretur, non habebat. Welckeri sententiae id inprimis obstat, quod Haemonis personae indicium, quod quidem certum sit, nullum inest in hac fabula. Sed pergamus.

Prologum fabulae Creontem egisse arbitratur W., cui assentior: neque enim Antigonaem perturbatae et alibi occupatae hae partes conveniunt. Eo referenda sunt illa apud scholiasten Comici Ran. 1212. (1117.)

1.

Ἦν Οἰδίπους τὸ πρῶτον εὐδαίμων ἀνὴρ.

ubi schol.: Ἐξ Ἀντιγόνης Εὐριπίδου. ἔστι δὲ ἀρχὴ τοῦ δράματος. His apte jungas, quae ibidem dicit E.:

2.

Εἶτ' ἐγένετ' αὐθις ἀθλιώτατος βροτῶν.

Maxima pars fragmentorum sumta est e colloquio Creontis cum Haemone et Antigona, postquam, justis Polynici factis contra legem, ad eum perducti sunt. Antigonaem verba haec videntur:

*) Hinc Ovidius Trist. II, 402. inter amantes κατ' ἐξοχὴν recenset Haemonem, qui mori quam non amare maluerit.

3.

Stob. append. e codice Florent. apud Gaisf. t. IV, p. 396.
ed. Lips.

*"Ακουσον· οὐ γὰρ οἱ κακῶς πεπραγότες
σὺν ταῖς τύχαισι τοὺς λόγους ἀπώλεσαν.*

4.

Aristoph. Ran. 143^s. (1317.), Heraclid. Allegor. Hom. p. 483.
ed. Gale in Opusc. myth. phys. et eth., qui habent primum ver-
sum, et Tzetz. ad Hesiod. Op. et D. 135., ubi alter subjectus est:

*Οὐκ ἔστι Πειθοῦς ἱερὸν ἄλλο πλὴν λόγος,
καὶ βωμὸς αὐτῆς ἔστ' ἐν ἀνθρώπου φύσει.*

5.

Stob. 41. p. 241.

*Οἰκεῖος ἀνθρώποισι γίγνεσθαι φιλεῖ
πόλεμος ἐν ἀστοῖς, ἀν διχοστατῆ πόλις.*

6.

Idem 124. p. 619.

*Θάνατος γὰρ ἀνθρώποισι νεικέων ἔχει
τέλος· τί γὰρ τοῦδ' ἔστι μείζον ἐν βροτοῖς;
τίς γὰρ πετραῖον σκόπελον οὐτάζων δορὶ
ὀδύναισι δώσει, τίς δ' ἀτιμάζων νέκυς,
εἰ μηδὲν αἰσθάνοιντο τῶν παθημάτων;*

Libri τέλος ἔχει, verbo nullius ponderis praecipua sede versus
collocato.

7.

Idem 47. p. 343.

*Οὔτ' εἰκὸς ἄρχειν, οὔτ' ἐχρῆν ἄνευ νόμων
τύραννον εἶναι, μωρία δὲ καὶ θέλειν,
ὅς τῶν ὁμοίων βούλεται κρατεῖν μόνος.*

Corrupte libri οὔτ' ἐχρῆν νόμον etc.

8.

Idem 46. p. 325.

Δεῖ τοῖσι πολλοῖς τὸν τύραννον ἀνδάνειν.

9.

Idem 91. p. 507.

*Ἄνδρὸς ἀφίλου δὲ χρυσὸς ἀμαθίας μετὰ
ἄχρηστος, εἰ μὴ κάρετην ἔχων τύχοι.*

Codd. Ἄνδρὸς φίλου, quod abhorret ab his rebus. est enim haec,
ni fallor, Antigoniae oratio, repudiantis imperatum a Creonte con-
jugium viri divitis quidem, sed rudis nec virtute praestantis, quem

tamen e Spartorum genere fuisse ex iis colligas, quae Hyginus l. c. refert de Maemone, filio ejus ex Antigona suscepto.

10.

De Antigona Creon
Stob. 88. p. 500.

*Τὸ μῶρον αὐτῆ τοῦ πατρὸς νόσημ' ἐνι·
φιλεῖ γὰρ οὕτως ἐκ κακῶν εἶναι κακούς.*

Dedi αὐτῆ pro αὐτῷ secundum Sūvernium et Meinekeum (Zeitschr. f. d. A. W. a. 1843. fascic. 2, 24.), qui comparant illa virginis apud Sophoclem Antig. 469. ed. Dind.

*Σοὶ δ' εἰ δοκῶ νῦν, μῶρα δρωῶσα τυγχάνειν,
σχεδόν τι μῶρον μῶριαν ὀφλισκάνω.*

Non ita raro η et ω vel o litterae confusae sunt a librariis; quo minus consentire possum Welckero, qui τῷ αὐτῷ fretus Maemonis personam infert huic fabulae. sic enim vir doctissimus (Die griech. Tragödien etc.; 2. Abth. p. 570, nota): „Das urkundliche αὐτὸ, für αὐτῷ, dient zum Beweise der Person Maemon in diesem Drama.“ Patrem Maemonis intellexisse videtur Haemonem, quasi is rem haberit cum Antigona, qua de re silent scriptores. Ceterum pro κακούς malim usitate κακός.

11.

Idem 85. p. 496.

*Ἡ γὰρ δόκησις πατράσι παῖδας εἰλέναι.
τὰ πολλὰ ταύτη γίγνεται τέκνων πέρι.*

Haec eodem in loco tragoediae posita fuisse dicas; quae conjuncta in libris separavimus, ut quae conciliari non posse videantur. Sic veritas licet:

Nam patribus similes arbitrantur liberos.
Plerumque sic in liberis usu venit.

12.

Idem 62. p. 398.

Ἦρων· τὸ μαινέσθαι δ' ἄρ' ἦν ἔρωσ βροτοῖς.

Verba Haemonis ad patrem, Antigonae amorem excusantis.

13.

Idem 75., p. 452., Clem. Alex. Strom. VI, p. 741.

Ὀνόματι μεμπτόν τὸ νόθον, ἢ φύσις δ' ἴση.

Ducere jussus Haemon mulierem nobilem quidem, puto, atque divitem, sed sibi invisam, prae fracte respondet patri, se illius conjugio praeoptare ancillae, quamvis nothi procreandi sint: nomen enim tantummodo vituperari nothorum liberorum, natura vero pares esse legitimis.

14.

Stob. 102. p. 558.

— Ἐπ' ἄκραν ἤκομεν γραμμὴν κακῶν.

Ita Haemon de salute desperans, mortemque oppetens.

15.

Idem 61. p. 386.

Ἄνδρὸς δ' ὀρῶντος εἰς κύπριν νεανίου
 ἀφύλακτος ἢ τήρησις· ἂν γὰρ φαῦλος ἢ
 τᾶλλ', εἰς ἔρωτα πᾶς ἀνὴρ σοφώτερος·
 ἦν δ' ἂν προσῆται κύπρις, ἤδιστον λαβεῖν.

Verba Creontis ad Haemonem de amore Antigoniae. frustra custodiri ait juvenem veneri deditum: quamvis enim ceterarum rerum imperitos tamen callere rem amoris; cumque faveat venus, redamante amantem virgine (quemadmodum mutuo amore flagrabant Haemon et Antigona), lubentissime quemvis frui venere. quamobrem abstrahendum a commercio invisae puellae censet filium, nec tamen dimittendum liberum, sed nuptiarum vinculo cohibendum, siquidem honesta affinitate a peccatis deterreri soleant homines. Id proximo fragmento significatur.

16.

Ζευχθεῖς γάμοισιν οὐκέτ' ἔστ' ἐλεύθερος,
 ἀλλ' ἔν γ' ἔχει τι χρηστόν· ἐν κήδει γὰρ ὦν
 ἔσθλω δέδοικε μηδὲν ἐξαμαρτάνειν.

17.

Stob. append. Florent. p. 20. vol. IV. ed. Gaisford.

— Νέοι νέοισι συννοσοῦσι τὰμφανῆ.

male codd. τὰφανῆ. τὰμφανῆ, manifesto. Hisce Creon filium et Antigona castigat.

Supersunt verba Chori Creontem alloquentis in luctu ex filii interitu, Bacchumque praedicantis propter servatam suo interventu Antigona.

18.

Stob. 106. p. 567.

— Μή νυν θέλε

λυπεῖν σεαυτὸν, πολλάκις γ' εἰδὼς ὅτι
 καὶ τῷ τὸ λυποῦν ὕστερον χαρὰν ἄγει,
 καὶ τὸ κακὸν ἀγαθοῦ γίγνεται παραίτιον.

Bene Valck. Μή νυν pro Μή οὖν et σεαυτὸν pro σεαυτὸν, quod utrumque versus respuunt. ipse maxime metri restituendi gratia adjeci καὶ τῷ, et ultimo versu, cum δὲ et καὶ saepe permixta sint a librariis, poetam dixisse suspicor melioribus numeris

ἀγαθοῦ δὲ τὸ κακὸν γίγνεται παραίτιον *).

*) Sagaciter quidem G. Hermannus (Opusc. t. I. p. 135., Elem. doct. metr. p. 71. etc.) animadvertit, quo plures solutae inveniuntur

19.

Idem ibidem p. 568.

Ὅστις δὲ πρὸς τὸ πίπτον εὐλόγως φέρει
τὸν δαίμον', οὗτος ἤσδόν ἐστ' ἀνόλβιος.

20.

Schol. Pindari Pyth. III, 176. *Θυώνη: τῇ Σεμέλῃ φησί: διωνυμία γὰρ ἐκέχρητο. εἰσὶ δὲ οἱ καὶ τὴν αὐτὴν Διωνῆν λέγουσιν, ὡσπερ Ε. ἐν Ἀντιγόῃ*

ὦ παῖ Διωνῆς, ὡς ἔφυς μέγας θεός,
Διόνυσε, θνητοῖς τ' οὐδαμῶς ὑπόστατος.

Cf. Hesych. v. Βάκχου Διωνῆς et Buttman. ad Demosth. Midian. ed. Spalding. p. 128. seqq., ubi ostendit, Dionen plurium dearum nomen fuisse. Hesych. l. c.: — Πράξιλλα δὲ ἡ Σικυωνία Ἀφροδίτης παῖδα τὸν θεὸν (Bacchum) ἱστορεῖ. sed hoc equidem non utar, cum plane Tragicus Bacch. 1. ex Bacchi persona dicat

Ἦκω, Διὸς παῖς, τήνδε Θηβαίαν χθόνα,
Διόνυσος, ὃν τίπτει ποθ' ἢ Κάδμου κόρη
Σεμέλη.

21.

Schol. Eurip. Phoeniss. 1130. Ἐν τῇ Ἀντιγόῃ

— Ἐπὶ χουσεόνωτον dact.

ἀσπίδα τὰν Καπανέως.

Verba ex cantico quodam Chori de septem ducibus ad Thebas.

IX. ANTIOPIE.

Apollodorus III, 5, 5. (ubi v. Heyn.) Ἀντιόπη θυγάτηρ ἦν Νυκτέως (cujus pater fuit Chthonius, unus Spartorum, quibuscum Cadmus condidit arcem, ab ipso appellatam, Thebarum)*). ταύτη

longae syllabae in tragoediis graecis, eo has esse recentiores; quem secutus Zirndorfer. libro de Chronologia fabularum Euripidearum (Marburg., 1839.) p. 3. Aeschylum tantum non abstinuisse ait ejusmodi solutionibus, nec nisi raro Sophoclem eas admisisse, Euripidem vero saepissime, praesertim in postremis fabulis. atqui postremis adnumeranda est Antigone, cum eam, tanquam recentem, commemoret Aristophanes Ranis, quae actae sunt Olymp. 93, 3., ante Chr. nat. 405., quo ipso anno diem obiisse fertur Euripides. Nec tamen hoc eam vim habet, ut poëtam, nulla necessitate coactum, temere artis regulas neglexisse existimemus; quod hic admissum est, siquidem verborum praecipuorum κακὸν et ἀγαθοῦ illud ex parte, hoc totum, thesi occultatur; sed agnoscere mihi videor facinus librariorum, qui fere securi de re metrica quotidianum ordinem verborum sectari solent.

*) Asopi filia fuit secundum Homerum Odyss. 1', 259., Asiūm apud Pausan. II, 6, 2., Apollonium Rhod. I, 735. alii aliter, neque ipse sibi constat Apollonius, Nyctei filiam eam appellans IV, 1090. cf. W. (Die gr. Trag., II. Abth., S. 811).

θεν*)· ἡ δὲ ὡς ἔγκυος ἐγένετο, τοῦ πατρὸς ἀπει-
 ς Σικυῶνα ἀποδιδράσκει πρὸς Ἐπωπεία (regem),
 ἀμείνεται. Νυκτεὺς δὲ ἀθυμήσας ἑαυτὸν φονεύει,
 ἢ Λυκῶ (fratri, Thebis regnanti) παρὰ Ἐπωπέως καὶ
 πῆς λαβεῖν δίκας. ὁ δὲ στρατευσάμενος Σικυῶνα
 χειροῦται, καὶ τὸν μὲν Ἐπωπεία κτείνει, τὴν δὲ Ἀντιόπην
 ἤγαγεν αἰχμάλωτον· ἡ δὲ ἀγομένη δύο γεννᾶ παῖδας ἐν Ἐλευ-
 θεραῖς τῆς Βοιωτίας (in antro, quod Pausaniae monstrabatur: v.
 Paus. I. p. 93, f.), οὓς ἐκκειμένους εὐρῶν βουκόλος ἀνατρέφει,
 καὶ τὸν μὲν καλεῖ Ζῆθον, τὸν δὲ Ἀμφιόνα. Ζῆθος μὲν οὖν
 ἐπεμελεῖτο βουφορβίων, Ἀμφίων δὲ κιθαρωδίαν ἤσκει, δόν-
 τος αὐτῷ λύραν Ἐρμουῦ. Ἀντιόπην δὲ ἠκίζετο Λύκος κα-
 θείρξας, καὶ ἡ τοῦτου γυνὴ Δίρκη· λαθοῦσα δὲ ποτε, τῶν
 δεσμῶν αὐτομάτως λυθέντων, ἤκιν ἐπὶ τῶν παίδων ἔπαυλιν,
 δεχθῆναι πρὸς αὐτῶν θέλουσα. οἱ δὲ, ἀναγνωρισάμενοι τὴν
 μητέρα, τὸν μὲν Λυκὸν κτείνουσι, τὴν δὲ Δίρκην δῆσαντες
 ἐκ ταύρου θανοῦσαν ὀπίπτοντες εἰς κρήνην τὴν ἀπ' ἐκείνης
 καλουμένην Δίρκην. παραλαβόντες δὲ τὴν δυναστείαν τὴν
 μὲν πόλιν ἐτείχισαν, ἐπακολουθησάντων τῇ Ἀμφίονος λύρα
 τῶν λίθων, Δάϊον δὲ ἐξέβαλον etc. Haec videtur fuisse vulga-
 ris fama, quam dramatis in formam redegit E. hoc modo, si fides
 habenda est Hygino, qui sic fabula VIII.:

Eadem (Antiopen dicit) Euripidis, quam scribit**)
 Ennius.

Nyctei regis in Boeotia fuit filia Antiopa; ejus formae bonitate
 Jupiter adductus gravidam fecit. Quam pater cum punire vellet
 propter stuprum, minitans periculum Antiopa effugit. Casu in eodem
 loco, quo illa pervenerat, Epaphus***) Sicyonius stabat; is mulie-
 rem avectam domum matrimonio sibi junxit. (male codd.: advectam
 domo m. suo j. suo videtur natum ex siui.) Id Nycteus aegre
 ferens, cum moreretur, Lyco fratri suo †), cui tum regnum relin-
 quebat, per obtestationem mandat (iidem: fratri s. per obt. m.,

*) Cedrenus p. 22, E. Ὁ μὲν E. τὸν Δία φησὶν εἰς σάτυρον μετα-
 βληθέντα τὴν Ἀντιόπην φθεῖραι. Epigrammaticus:

Ζεὺς κύκνος, ταῦρος, σάτυρος, χρυσὸς, δι' ἔρωτα
 Αἰδῆς, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δανάης.

**) Mirum scribit pro scripsit, nec inepte suspiceris, hoc cum
 forte mutatum esset in scripsit, correctorem aliquem incautum posuisse
 scribit.

***) Similiter Hyginus fab. VII.: „Antiopa, Nyctei filia, ab Epapho
 (Eropeum dicunt Apollodorus, Pausanias Corinth. cap. 5. et Graeci) per
 dolum est stuprata.“ item, qui Hygini verba exscribere solet, Luctatius
 ad Stat. Theb. IV, 570.

†) Hyginus ibidem; „Itaque a Lyco viro suo ejecta est. hanc vi-
 duam Jupiter compressit, at Lycus Dircen (Solis filiam) in matrimonium
 duxit“ etc.

cui t. r. rel.), ne impune Antiopa ferret. Hujus post mortem Lycus Sicyonem venit. interfecto Epapho Antiopam vinctam abduxit. in Cithaerone (ita Scheffer. pro: abduxit in Cithaeronem. in Cithaerone, ut Apollod. l. c. ἐν Ἐλευθεραῖς, quod oppidum ibi situm.) parit geminos et reliquit; quos pastor educavit, Zetum*) et Amphionem nominavit. Antiopa Dircae uxori Lyci data erat in cruciatum. Ea occasionem nacta fugae se mandavit, devenit ad filios suos. Ex quibus Zetus existimans fugitivam non recepit. In eodem locum Dirce, per bacchationem Liberi illuc, delata est. ibi Antiopam repertam ad mortem extrahebat; sed ab educatore pastore adolescentes certiores facti, eam esse matrem suam, celeriter consecuti matrem eripuerunt, Dircen ad taurum (i. e. ad tauri cornua, ut effectum est in nobili artis opere, quod vocatur taurus Farnesianus, de quo v. Montfauc. Antiqu. expl. t. I. p. 2., tab. ult., et Heyn. Antiquar. Aufs. II. p. 206.—12.) crinibus religatam necant. Lycum cum occidere vellent, vetuit eos Mercurius et simul jussit Lycum concedere regnum Amphioni.

Annotavit W. (D. griech. Trag. etc. II. Abth., p. 813.), Antiopae pulcritudinem praedicare Apollonium IV, 1090., Pausaniam II, 6, 2., Propertium I, 4, 5., effigiemque ejus, velut alterius Helenae, Sicyonios in templo Veneris dedicasse. Cf. Ovid. Met. VI, 110, 111.

Euripidis drama una cum Hypsipyle et Phoenissis actum est paulo ante Comici Ranas, cujus scholiastes ad verba ἀναγιγνώσκοντί μοι Τὴν Ἀνδρομέδαν πρὸς ἑμαυτὸν Ran. 52.: Διὰ τί μὴ, inquit, ἄλλο τι τῶν πρὸ ὀλίγου διδαχθέντων καὶ καλῶν, Τριπύλης, Φοινισσῶν, Ἀντιόπης; ἢ γὰρ Ἀνδρομέδα ὀρθῶς ἔτει προῆκται (Ol. 92, 1., ante Christ. nat. 412.). cf. Zirndorfer. de Chronologia fab. Eurip. capp. 13. et 18. Fuit igitur Antiopae tragoedia in recentissimis poëtae operibus, cum diem obierit Ol. 93, 2. (v. Chron. Par., Corp. Inscript. II, p. 342.) vel 3., ante Chr. nat. 407. vel 406. eandem valde placuisse veteribus, colligas ex verbis Ciceronis de Fin. I, 2.: „Quis enim tam inimicus paene nomini Romano est, qui Ennii Medeam aut Antiopam Pacuvii spernat aut rejiciat, qui se iisdem Euripidis fabulis delectari dicat, latinas oderit?“ Idem eodem loco has tragoedias latinas ad verbum de graecis expressas vocat, quod tamen cave ad vivum

*) Itidem Hyginus eodem loco de Antiopa: „Cumque partus premeret et quaereret, ubi pareret, dolor eam in ipso bivio coegit partum edere. Quos pastores pro suis educaverunt, et appellarunt Zeton ἀπὸ τοῦ ζητεῖν τόπον, alterum autem Amphionem, ὅτι ἐν διόδῳ, ἢ ὅτι ἀμφὶ ὁδὸν αὐτὸν ἔτεκεν, i. e. quoniam in bivio eum edidit.“ sic errare in etymologia solent veteres, cum Graeci, in quibus ipse E. fragmento 2. fabulae, tum Latini. recte enim Munckerus ad h. l.: „Haec absurda mihi videntur: neque enim Ζῆτος graece, sed Ζῆθος scribitur, unde Zethus apud Horat. lib. I. Epist. 18. v. 42.“ etc.

reseces, Pacuviumque „ore rotundo (Horat. A. P. 323.)“ locutum esse existimes, de quo Persius I, 77.:

Sunt quos Pacuviusque et verrucosa moretur

Antiopa, „aerumnis cor luctificabile fulta.“

Recentiorum inprimis Valck. multus est in admiratione fabulae Euripideae (v. Diatr. cap. 7. et 8.). cujus fabulae haec mihi videtur esse oeconomia. Prologum agit pastor, qui educavit geminos illustres. deinde in scenam prodit Amphion, cujus cantu ad citharam allecti familiares et vicini accurrunt, chorumque constituunt. sequitur colloquium et altercatio fratrum, Zetho Amphioni exprobrante artem inutilem ipsi visam, Amphione autem otium et generatim sapientiam robore potiore praedicante. horum litem dirimere studet pastor superveniens, filiisque adoptivis dat praecepta vivendi, cum improvise adest Antiopa, opem implorans pastorem, quos festum celebrare putat laetiores, nec duos fore sperat infelicibus. et ceteri quidem eam commiserantur; non item Zethus, sed ejicere conatur mulierem, quam pro fugitiva habet et Jovis furtum memorantem castigat, tanquam impie mentientem, Amphionem vero formosae peregrinae faventem objurgat; nec Dircae, quae cum Bacchis advenit et agnitam reposit servam fugitivam, tradere dubitasset Antiopen, nisi tanto agnitae ejus periculo percussus pastor, quamvis amans fratres, ut pater verus, tamen intercessisset, verumque fassus esset, quo cognito illi matrem jam per vim abductam eripiunt et Dircen ulciscuntur; cujus deinde interitum postquam nuntius narravit, Mercurius fabulam finisse videtur ita, ut scriptum est apud Hyginum. Jam ita descriptae fabulae partes percenseamus.

Prologus.

1.

Schol. Homer. Venet. ad Il. λ', 774. Χόρτοι δὲ οἱ τριγχοὶ (i. e. θριγχοὶ), ὡς καὶ E. ἐν Ἀντιόπῃ

• — — Οἰνόης

σύγχορτα ναίω πεδία ταῖς Ἐλευθεραῖς.

καὶ ἐν Ἀνδρομάχῃ ὁμοίως. proprie Schol. Οἰνόη, sed Strabo VIII. p. 577, A, Οἰνώνης σύγχ. etc. ibi Casaub. in margine Οἰνόη, Porsonus autem Adv. p. 274. recte Οἰνόης — ταῖς Ἐλ., ut Andromach. 15. Φθίας — Σύγχορτα ναίω πεδία. Eleutheris enim habitabat ille pastor cum uxore, servi Oenei, qui fuit filius nothus Pandionis, ut tradit Dio Chrys. orat. XV. p. 237, B.

2.

Etym. M. p. 411, 11. Ζῆθος — εἴρηται, — ὅτι ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἐξήτει εὐμαρῶς τεκεῖν αὐτὸν, ὡς φησιν E.

Τὸν μὲν κικλήσκω Ζῆθον· ἐξήτησε γὰρ

τόκοισιν εὐμάσειαν ἢ τεκοῦσά νιν.

similiter Etym. Gud. p. 230, 57.; sed uterque perperam κικλήσκει.

3.

Idem p. 92, 4. *Λέγει Ε. ὁ τραγικὸς ἐτυμολόγος (ἐτυμολογῶν recte Valck. Diatr. p. 62.) τὸ Ἀμφίων, ὅτι Ἀμφίων ἐκλήθη παρὰ τὴν ἄμφοδον, ἤγουν παρὰ τὸ παρὰ (malim περι) τὴν ὁδὸν γεννηθῆναι. „quam etymologiam irridet Aristoph. apud Poll. IX, 36.“ Matth. Cf. de his fragmentis not. *) p. 66.).*

4.

Stephan. Byz. *Ῥοία: χώρα πλησίον Ἀυλίδος, — Ἡσίοδος δὲ ἐν Ῥοία τὴν Ἀντιόπην φησὶ γενέσθαι, Ε. δ' ἐν Ῥοία. Idem: Ῥοία, πόλις Βοιωτίας, καὶ ἐνικῶς, καὶ πληθυντικῶς. Harpocration: Ῥοῖαι, — τῆς Βοιωτίας πόλις, ἧς μνημονεύει καὶ Ε. ἐν Ἀντιόπῃ. Ῥοίας dixit E. Bacch. 646., item Thuc. III, 24., Paus. IX, 2., p. 714.; Ῥοιάς Herodot. IX, 15. cf. Strab. IX, 1.*

Amphionis hymnus.

Primus inducitur Amphion, citharam manu tenens, ad quam canit laudes musicae.

5.

Philostratus Vit. Soph. II, 27, 4., p. 618. *Μελέτης δὲ (meditationis, artis exercendae) ὁ Ἰππόδρομος οὔτε ἐν ἀγρῶ διατώμενος ἡμέλει, οὔτε ὁδοιπορῶν, οὔτε ἐν Θετταλίᾳ, ἀλλὰ „κρεῖττον ὄλβου κτῆμα“ ἐκάλει αὐτὴν ἐκ τῶν Εὐριπίδου ὕμνων Ἀμφίονος. Inepte libri ἐκ τῶν Εὐφ. τε ὕ. καὶ Ἀμφ.*

Colloquium Zethi et Amphionis.

6.

Stob. 60. p. 383.

— (ΖΗΘΟΣ.) *Τὸ δοῦλον οὐχ ὄρας ὅσον κακόν;*

7.

*Οὐ χρὴ ποτ' ἄνδρα δοῦλον ὄντ' ἐλευθέρας
γνώμας διώκειν, οὐδ' ἐς ἀργίαν βλέπειν.*

Servus fuit pastor et sublatus geminos pro servis educavit. igitur Zethus Amphionem reputare jubet miseram suam conditionem, qua prohibeatur tractare liberalia studia, otioque indulgere.

8.

Idem 30. p. 209.

*Ἀνὴρ γὰρ ὅστις, εὖ βλον κεκτημένος,
τὰ μὲν κατ' οἴκους ἀμελία παρῆς ἔᾶ,
μολπαῖσι δ' ἤσθεις τοῦτ' αἰεὶ θηρεύεται,
ἀργὸς μὲν οἴκοις καὶ πόλει γενήσεται,
φίλοισι δ' οὐδείς· ἢ φύσις γὰρ οἴχεται,
ὅταν γλυκείας ἠδονῆς ἤσσων τις ἦ.*

„Ex Antiopa locum sumtum esse, propter argumenti similitudinem sagaciter suspicatus est Gataker. Adv. misc. p. 510, C. — ἀμελλία est a Grotio pro ἀμελεία, παρείς ἐᾶ pro παρειάσει a Valck. p. 71. 4 ultimi versus sunt etiam apud Sextum Emp. adv. Math. VI. §. 35. p. 363., sed ita ut quintus sic scriptus sit φίλοισί τ' οὐθεις ἄλλ' ἄφαντος οἴχεται, hemistichio huc fortasse relato ex Orest. 1552. Ex his οὐθεις cur praetulerit Valck., non assequor: nunc satis constat, οὐθεις posteriorum esse. — Videtur autem E. sub Zethi persona durum aliquem, antiquae morum severitati et simplicitati assuetum, civem Atticum, unum e Μαραθωνομάχαις illis, induxisse, sub Amphionis autem persona hominem elegantiore novitiorum magistrorum ac sophistarum disciplina usum“ etc. Matth. p. 72. et 74.

9.

Plato Gorg. p. 485, E. Κινδυνεύω οὖν πεπονθέναι, ὅπερ ὁ Ζῆθος πρὸς τὸν Ἀμφίωνα ὁ Εὐριπίδου, οὐπερ ἐμνήσθη. καὶ γὰρ ἐμοὶ τοιαῦτ' ἅττα ἐπέρχεται πρὸς σὲ λέγειν, οἷάπερ ἐκεῖνος πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ὅτι ἀμελείς, ὧ Σώκρατες, ὧν δεῖ σε ἐπιμελεῖσθαι, καὶ φύσιν ψυχῆς ὧδε γενναίαν μειρακιώδει τινὶ διατρέπεις (imo διατρέπεις, ut Grot. Excerpt. n. 373.) μορφώματι, καὶ οὐτ' ἂν δίκης βουλαῖσι προθεῖο ἂν ὀρθῶς λόγον, οὐτ' εἰκὸς ὡς (libri καὶ, menda frequente) πιθανὸν ἂν λάβοις, οὐθ' ὑπερ ἄλλων νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιο. ibi Olympiodorus Ms. apud Valck. p. 74.: Ὁρᾶς, πῶς, Εὐριπίδου γυναικῶ δει εἰρηκότος. αὐτὸς μειρακιώδει εἶπε. Philostratus autem Vit. Apoll. Tyan. IV, 21. p. 160.: Οἱ (ἔφηβοι) — νῦν ἴσως ὁμοῦνται — κόρην μὲν οὐδεμίαν φέρειν, γυναικόμιμον δὲ μόρφωμά τι (male codd. γυναικομίμω δὲ μορφώματι) κατὰ τὸν Εὐριπίδην. Ad seqq. Olympiodorus annotavit: Ὁ E. εἶπεν Καὶ οὐκ ἂν ἀσπίδος κῦτει προσομιλήσης, οὗτος δὲ φησι Δίκαις σχολάζει, ὧ Σώκρατες. Euripidei versus videntur sic habuisse:

Ἀμφίον, ἀμελείς ὧν ἐπιμελεῖσθαι σε δεῖ,
 ψυχῆς τε τῆς σῆς ὧδε γενναίαν φύσιν
 γυναικομίμω διατρέπεις μορφώματι,
 οὐτ' ἐν δίκης βουλαῖσιν ὀρθῶς ἂν λόγον
 προθεῖο πιθανὸν ἢ λάβοις, οὐτ' ἀσπίδος
 κῦτει γ' ὁμιλήσεις, οὐτ' ἄλλων ὑπερ
 νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιό τι.

quorum versuum 1., 4., 6. et 7. restituti sunt a Valckenario, 3. a Grotio, cetera ipsi expeditimus: temere enim Valck. 2. αἰσχροῶς τε ψυχῆς ὧδε etc. correpto τὲ ante ψ litteram, et 5. οὐτ' ἂν ἀσπίδος ποτὲ Κῦτει γ' ὁμ. ratione habita nulla verborum οὐτ' εἰκὸς — λάβοις. Γυναικόμιμον μόρφωμα dicitur vestitus muliebri similis citharoedorum.

10.

Stob. 80. p. 472.

(ΑΜΦΙΩΝ.) Ἐκ παντὸς ἂν τις πράγματος δισσωῶν λόγων
ἀγῶνα θεῖτ' ἂν, εἰ λέγειν εἴη σοφός.

Grot.: Fandi peritus, si qua se causa offerat, Pro parte utraque
facile dissertaverit.

11.

Idem 3. p. 36.

Τὸ δ' ἀσθενές μου καὶ τὸ θῆλυ σώματος
κακῶς ἐμέμφθης· καὶ γὰρ εἰ φρονεῖν ἔχω,
κρεῖσσον τόδ' ἐστὶ καρτεροῦ βραχίονος.

12.

Idem 52. p. 359.

Γνώμη γὰρ ἀνδρὸς εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις,
εὖ δ' οἶκος, εἰς τ' αὖ πόλεμον ἰσχύει μέγα·
σοφὸν γὰρ ἐν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας
νικᾷ, σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία μείζον κακόν.

Pro μείζον scriptor vitae Homeri p. 366, 67. habet πλέον, Sextus
*) Aliter Hyginus Poët. astron. II, 18. — „Cum ad coelum contenderet evolare (Bell.), neque longe jam abesset, despiciens ad terram timore permotus decidit, ibique periisse dicitur; equus autem subvolasse et inter sidera ab Jove constitutus existimatur.“ Asclepiades scholio ad Iliad. ξ', 155.: — τὸν δὲ Δία μηνίσαντα οἴστρον ἐμβαλεῖν τῷ Πηγάσῳ, ὥστε ἐκπεσεῖν μὲν τὸν Βελλεροφόντην καὶ κατενεχθῆναι εἰς τὸ τῆς Ανκίας (sic) πεδίον τὸ ἀπ' αὐτοῦ καλούμενον Ἀλήϊον πεδίον; ἀλᾶσθαι δὲ κατὰ τοῦτο πηρωθέντα, τὸν δὲ ἵππον λαβεῖν τὴν Ἥῳ, δεηθεῖσαν τοῦ Διὸς δῶρον πρὸς τὸ ἀνόπως περιῖεναι τὰς τοῦ κόσμου περιόδους. de Pegaso Pindarus Olymp. XIII, 92. τὸν δ' ἐν Οὐλύμπῳ φάτναι Ζανὸς ἀρχαῖαι δέκονται. cf. ipse E. fr. hujus fabulae.

**) Quidam, abusi verbo πηρωσθαι, Bellerophontem casu isto de Pegaso non modo claudum, sed etiam, si diis placet, coecum factum esse tradiderunt. Pindari scholiasta recens ad Ol. XIII, 130. Φασὶ γὰρ, ὡς

clanculum adjuvasse videtur Iobates, petitur insidiis, nec nisi ope Glauci filii, qui patrem terreno itinere secutus erat, servatur; mox tamen moritur, fortasse ex vulnere, quod in pugna acceperat. Epilogo deus aliquis, quem Mercurium fuisse conjicit W., exposuit cum de casu et morte heroïis, tum (quod homo non poterat) de fato Pegasi, in coelum recepti.

Haec summa rerum: neque enim tutum est vel nullis vel paucis levibusque insistentem vestigiis consilia divinare poëtarum.

Claram fuisse tragoediam de Bellerophonte ostendit parodia Comici in Pace (75., 135., 146., 721.), tum significatio ejus in Acharnensibus (425.), Equitibus (1246.) et Vespis (111., 754.), quorum dramatum Acharnenses docuit Aristophanes Ol. 88, 4., ante Chr. nat. 425., Equites Ol. 89, 1., Vespas ejusdem Olympiadis anno 3., denique Pacem Ol. 90, 2.

Ad Prologum W. et Hartung. referunt haec duo fragmenta:

1.

Schol. Eurip. ad Orest. 843. (871.) — ἄκραν: χῶμα, οὐ συμβαίνει τοὺς Ἀργεῖους δικάζειν. τάχα δ' ἂν τοῦτου καὶ ἐν Βελλεροφόντῃ μνημονεύοι εἰπῶν

Καὶ, ξεστὸν ὄχθον, Δαναϊδῶν ἐδράσματα.

libri ἐδρασμάτων, quod correxit H. Opusc. II, p. 322.

2.

Schol. Pindari Pyth. VIII, 73. ed. Boeckh. "Ὅτι δὲ Λυγκέως Ἄβας, ἐξ ἐκείνου δῆλον

Σφαγὰς δὲ Δαναοῦ παρθένων Λυγκέως φυγῶν

Ἄβαντα φύει διάδοχον τυραννίδος.

quæ Boeckhii quoque ex prologo excerpta putabat Euripideæ tragoediæ, velut Danaës aut Stheneboeae.

Chori verba, Bellerophontis probitatem, quamvis miseri, malorum hominum felicitati incertae praeferentis.

3.

Stob. 2. p. 30., Theoph. ad Autolyicum p. 115. ed. Paris.

Οὐδέποτε' εὐτυχίαν κακοῦ ἀνδρὸς ὑπέρφρονά τ' ὄλβον dact. hexam.

βέβαιον εἰκάσαι χρεῶν, i. d.

οὐδ' ἀδίκων γενεάν· ὁ γὰρ οὐδενὸς ἐκφύς dact. pent.

χρόνος δικαίους ἐπάγων κανόνας asynart., i. h. et anap.

δείκνυσ' ἀνθρώπων κακότητ' αἴσιμα. dochm.

βουληθεὶς πρὸς οὐρανὸν ἀναπτῆναι σὺν τῷ Πηγάσῳ, ἑξοιστρωθέντος τοῦ ἵππου παρὰ τοῦ Διὸς, πίπτει καὶ χολοῦται, κατὰ δὲ τινὰς καὶ τυφλοῦται, καὶ ἐκπλανᾶται κατὰ τὸ Ἀλγίον χολός. videtur haec imitatio mythi de Oedipo.

ultimo versu codd. δείκνυσιν ἄ. κακότητας ἐμοί. ineptum ἐμοί Valek. deleuit, Jacobs. Animadv. ad Athen. p. 46. mutavit in αἰί, Reisig. autem Conject. in Aristophanem I. p. 220. scribi jussit κακότητ' ἄσημον sententia obscura. αἴσιμα, αἰσίμως, fataliter. saepe α αι οι, item ε et ι, confusa in codicibus.

4.

Idem 103. p. 560.

Ποῦ δὴ τὸ σαφὲς θνατοῖς βιοτᾶς; anap. d.

Θοαῖσιν μὲν ναυσι πόρον πνοαὶ κατὰ βένθος ἄλιον

asynart., pherecrat. polysch. et glyc. hyp.

ἰθύνοισι, τύχας δὲ θνατῶν glyc. hyp.

τὸ μὲν μέγ' εἰς οὐδέν γ' ὁ πολὺς χρόνος alc.

μεθίστησι, τὸ δὲ μείον αὔξων. asynart., spond. et i. h.

Chori oratio fata obscura hominum querentis et fortunam mutabilem. libri θνατοῖσι corrupto metro manifesto, θοαῖσι, θνητῶν, ubi opus Dorismo, tum οὐδέν ὁ π. χρ., item pessumdato versu. pro αὔξων haud nolim αὔξει, quod Musgravio placuit.

Bellerophonis solius orationes de miseria hominum et deis nullis.

5.

Stob. 95. p. 519.

Ἐγὼ τὸ μὲν δὴ πανταχοῦ θρυλλούμενον

κράτιστον εἶναι φημι, μὴ φῦναι, βροτῶ,

τρισεῶν δὲ μοιρῶν ἐγκρινῶ νικᾶν μίαν,

πλούτου τε, χῶτῳ σπέρμα γενναίου προσῆ,

5 πενίας τ'· ἀριθμὸν γὰρ τοσόνδε προὔθεμην.

ὁ μὲν ζάπλοτος, εἰς γένος δ' οὐκ εὐτυχῆς,

ἀλγεῖ μὲν, ἀλγεῖ, παγκάλας δ' ἀλγύνεται,

ὄλβου διοίγων θάλαμον ἠδιστον χειρὶ·

ἔξω δὲ βαίνων τοῦδε, τὸν πάρος χρόνον

10 πλουτῶν, ὑπ' ἄτης ζεῦγμ' ἂν ἀσχάλλει πεισῶν.

ὅστις δὲ γαῦρον σπέρμα γενναῖόν τ' ἔχων

βίου σπανίζει, τῷ γένει μὲν εὐτυχεῖ,

πενία δ' ἐλάσσων ἔστιν ἐνθ' ἀλγύνεται,

φρενῶν θ' ὑπ' αἰδοῦς ἔργ' ἀπωθεῖται χεροῖν.

15 ὁ δ' οὐδὲν οὐδεὶς, διὰ τέλους δὲ δυστυχῶν,

τοσῶδε νικᾶ· τοῦ γὰρ εὐ τητῶμενος

οὐκ οἶδεν, αλεὶ δυστυχῶν κακῶς τ' ἔχων.

οὔτως ἄριστον μὴ πεπειρᾶσθαι καλῶν.

ἐκείνο γὰρ μεμνήμεθ', οἷος ἦν τότε

20 κἀγὼ, μετ' ἀνδρῶν ἠνίκ' εὐτύχουν ποτέ.

libri v. 13. π. δ' ἐλ. ἐστίν, ἐν δ' ἀλγ., quod ne graecum quidem est. Xenophon Cyr. VII, 4, 15. ἔστιν ἐνθα ἰσχυρῶς ὠφελοῦσι σφενδονῆται παρόντες etc. V. 14. iidem minus concinne

φρενῶν δ', nec dubia corruptione v. 19. οἶος ἦν ποτέ, cum sequatur ἦνικ' ε. ποτέ.

6.

Justin. mart. de Monarch. p. 108, c, ed. Colon. a. 1686.

Φησὶν τις εἶναι δῆτ' ἐν οὐρανῷ θεούς;
οὐκ εἰσὶν, οὐκ εἶσ'. εἴ τις ἀνθρώπων λέγει,
μὴ τῷ παλαιῷ μῶρος ὢν χρήσθω λόγῳ.

- σκέψασθε δ' αὐτοὶ, μὴ πῖ τοῖς ἐμοῖς λόγοις
5 γνώμην ἔχοντες. φῆμ' ἐγὼ τυραννίδα
κτείνειν τε πλείστους κτημάτων τ' ἀποστρεφῆν,
ὄρκους τε παραβαίνοντάς ἐκπορθεῖν πόλεις,
καὶ ταῦτα δρῶντες μᾶλλον εἰς' εὐδαίμονες
τῶν εὐσεβούντων ἡσυχῇ καθ' ἡμέραν.
10 πόλεις τε μικρὰς οἶδα τιμώσας θεοῦς,
αἱ μειζόνων κλύουσι δυσσεβεστέρων,
λόγῃς ἀριθμῶ πλείονος κρατούμενοι.
οἶμαι δ' ἂν, ὑμᾶς, εἴ τις ἀργὸς ὢν θεοῖς
εὐχοίτο, καὶ μὴ χειρὶ συλλέγοι βίον,
15 τὰ θεῖα πυργοῦν ἂν κακαῖς γε συμφοραῖς.

Horum versiculorum quarto miror tam diu relictum esse *αὐτὰ*, cum *αὐτοὶ* id sit, quod convenit sententiae, Bellerophonte rem judicare ipsos jubente spectatores, nec sibi temere assentiri. versu 15. in libris legitur *πυργοῦσ' αἱ κακαὶ τε συμφοραὶ*, quae scriptura male habuit viros doctos. Matth. quidem post v. 14. sumit lacunam, quae nulla est, opinor, cum hoc dicere videatur E., si quis piger nihil nisi diis precetur, neque opus faciat, eum inopia premente exaggeraturum esse divinam potentiam, ut qua sola possit servari.

E colloquio Bellerophontis cum Megapenthe, quem contemnit, tanquam improbum improbae matris filium.

7.

Stob. 104. p. 565.

M. Τιμὴ σ' ἐπαίρει τῶν πέλας μᾶλλον φρονεῖν.

B. Θνήσκειμ' ἂν· οὐ γὰρ ἄξιον λεύσσειν φάος
κακούς ὀργῶντας ἐκδίκως τιμωμένους.

Θν. ἂν, εἰ τιμὴ μ' ἐπαίρει, Moriar, si honore elatus sum: neque enim juvat vivere, si quis malos videre debet immerito honoratos.

Ex ejusdem colloquio cum amico.

8.

Stob. 10. p. 127.

B. Ὡς ἔμφυτος μὲν πᾶσιν ἀνθρώποις κἀκὴ·
ὅστις δὲ πλείστον μισθὸν εἰς χεῖρας λαβῶν

κακὸς γένηται, τῷδε συγγνώμη μὲν οὐ,
πλείω δὲ μισθὸν μείζονος τόλμης ἔχων
τὸν τῶν λεγόντων ῥᾶον ἂν φέροι ψόγον.

His verbis Bell. fortasse notat auro vel splendidis promissis Iobatis corruptum Megapenthem, sibi que insidiantem.

9.

Idem 52. p. 360., ubi libri corrupto metro δόλοισι.

Amicus. Νείκη γὰρ ἀνδρῶν φόνια καὶ μάχας δόλοις
κλέπτειν.

Odium Bellerophontis et Megapenthis mutuum ad vim spectare videns amicus dolum suadet, quem B. se indignum existimans

Τῆς δ' ἀληθείας ὁδὸς, inquit,
φαύλη τις ἔστι, ψεύδεσιν δ' Ἄρης φίλος.

Νείκη Musgrav. pro Νίκη.

10.

Id. 8. p. 96.

B. Δόλοι δὲ καὶ σκοτεινὰ μηχανήματα
χρείας ἀνάνδρου φάρμαχ' εὗρηται βροτοῖς.

11.

Id. 52. p. 360.

B. Ἄει γὰρ ἄνδρα σκαιὸν ἰσχυρὸν φύσει
ἦσσαν δέδοικα τὰσθενούς τε καὶ σοφοῦ.

12.

Id. 38. p. 222.

B. Φθονοῦσιν αὐτοὶ χείρονες πεφυκότες,
εἰς τὰπίσημα δ' ὁ φθόνος πηδᾶν φιλεῖ.

13.

Id. ibidem.

B. Ἦδη γὰρ εἶδον καὶ δίκης παραστάτας
ἔσθλους πονηρῶν τῷ φθόνῳ νικωμένους.

perperam libri πονηρῶν.

14.

Stob. append. Mspti Florent. apud Gaisford., t. IV. p. 389.
ed. Lips.

B. Ἄνηρ δὲ χρηστὸς χρηστὸν οὐ μισεῖ ποτε,
κακῶ κακὸς τε συντέτηκεν ἡδοναῖς·
φιλεῖ δὲ θοῦμόφυλον ἀνθρώπους ἄγειν.

15.

Stob. 88. p. 501.

Οὐκ ἂν γένοιτο τραύματ', ἣν τις ἐγξύση
θάμνοις ἐλείοις, οὐδ' ἂν ἐκ μητρὸς κακῆς
ἔσθλοι γένοιοντο παῖδες εἰς ἀλκὴν δορός.

Ita respondisse videtur amico B., eum cavere sibi jubenti de filio Stheneboeae. juncis neminem vulnerari dicit, nec fortes nasci ex matre scelestā.

16.

Id. 71. p. 432.

B. Ω παγκακίστη καὶ γυνή! τί γὰρ λέγων
μεῖζόν σε τοῦδ' ὄνειδος ἐξείποι τις ἄν;

Male precatur Stheneboeae. ad eogonominem fabulam haec refert Meinek. (Zeitschr. f. d. Alterthumsw. 1843. 2, 24*.)

17.

Id. 7. p. 86.

A micus. Θάρσος δὲ πρὸς τὰς συμφορὰς μέγα σθένει.

18.

Id. 110. p. 581.

A m. Ὅραῶς δ' ἀέλπτων μυρίων ἀναστροφάς.
πολλοὶ μὲν οἶδμα διέφυγον θάλασσιον,
πολλοὶ δὲ λόγχαις πολεμίων ἀμείνονες
ἦσσοις γεγῶτες κρεῖσσον' ἦλθον εἰς τύχην.

19.

Stob. 106. p. 568., Plut. Moral. p. 467, a, et De vita Hom. p. 1194. ed. Wyttenb., Arrian. dissert. Epictet. II, 5.

A m. Τοῖς πράγμασιν γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεῶν·
μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδὲν, ἀλλ' οὐντυγγάνων,
τὰ πράγματ' ὀρθῶς ἦν τιθῆ, πράσσει καλῶς.

20.

Id. 98. p. 539.

A m. Νόσοι δὲ θνητῶν αἱ μὲν εἰς' ἀνθάλλετοι,
αἱ δ' ἐκ θεῶν πάρεισιν, ἀλλὰ τῷ νόμῳ

*) Probabiliter W. p. 789. huc refert ista apud Stobaeum 71. p. 431.

Δεινὴ μὲν ἀλκή κυμάτων θαλασσίων,
δειναὶ δ' ἀποτόμου καὶ πυρὸς θερμοῖ πνοαί,
δεινὸν δὲ πενία, δεινὰ δ' ἄλλα μυρία,
ἀλλ' οὐδὲν οὕτω δεινὸν ὡς γυνή κακόν,
5 οὐδ' ἄν γένοιτο γράμμα τοιοῦτον γραφῆ,
οὐδ' ἄν λόγος δείξειεν. εἰ δὲ του θεῶν
τόδ' ἐστὶ πλάσμα, δημιουργὸς ἂν κακῶν
μέγιστος ἴστω καὶ βροτοῖσι δυσμενής.

in quibus quae leguntur versu 2. δειναὶ δὲ ποταμοῦ καὶ etc. ferri nequeunt, nec juvat Planudis in Vita Aesopi p. 12. (28.) scriptura Πολλὰ μὲν ὄργαι κνμ. θ., Πολλὰ δὲ ποταμῶν καὶ πυρὸς θερμοῦ πνοαί, qua tamen Musgrav. usus edidit Δειναὶ μ. ὄργαι — ποταμῶν — imo ἀπότομον πῦρ E. dixit flammās ex rupibus praeruptis montium Vulcaniorum erumpentes. Versu 5. codd. τοιοῦτ' ἐν γραφῆ, migrata lege satis nota iambici senarii tragici.

ἰώμεθ' αὐτάς. B. Ἀλλά σοι λέξαι θέλω,
εἰ θεοὶ τι δρωσιν αἰσχροῦν, οὐκ εἶσιν θεοί.
αἰσχροῦν dicit mortes liberorum Isandri et Hippodamiae.

21.

Id. ibidem.

B., amici praecepta et consilia aspernans, tanquam importuna.

Πρὸς τὴν νόσον τοι καὶ τὸν ἰατρὸν χρεῶν
ἰδόντ' ἀκείσθαι, μὴτ' ἐπακτὰ φάρμακα
διδόντ', ἐὰν μὴ ταῦτα τῇ νόσῳ πρόεπη.

libri ἰδ. ἀκ. (cod. A. ἰᾶσθαι), μὴτ' ἐπακτὰ φάρμ. δ. absurdum
ἐπιτακτὰ, quasi medici esset adhibere jussa ab aliis remedia.
ἐπακτὰ, ascititia, inepta morbo, quod idem significatur verbis
ἐὰν — πρόεπη, tautologia sive perissologia Graecis haud inusitata
majoris perspicuitatis gratia.

22.

Stob. Eclog. eth. p. 127.

B. Πρὸς τὴν ἀνάγκην πάντα τᾶλλ' ἔστ' ἀσθενῆ.

Deos tollit, nec nisi necessitatem fatalem agnoscit in rebus omni-
bus humanis, quam quidem necessitatem fuerunt qui ipsis diis po-
tentiozem neque ab iis domabilem esse existimarent. Callimachus
hymn. in Delum 122. Ἀναγκαίη μεγάλη θεὸς, ubi v. Spanhem.

B. monens filium Glaucum.

23.

Stob. tit. 114. p. 585.

ὦ παῖ, νέων τοι δροῦν μὲν ἔντονοι χέρεις,
γνωῶμαι δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν γεραιτέρων
ὁ γὰρ χρόνος δίδαγμα ποικιλώτατον.

Vulgo: νέων τι δροῦν, quod friget. τοὶ locum habet in sententiis.
v. annot. ad Iliad. ν', 115, Soph. Ajac. 260 etc.

B. Pegasus adhortans.

24.

Suidas v. ἐώρημα (αἰώρημα), Schol. Aristoph. Pac. 75.

Ἄγ', ὦ φίλον μοι Πηγάσου ταχὺ πτερόν!

ταχὺ abest scholio, sed Suidas: ταχύπτερον.

25.

Schol. Venet. Bekker. ad Aristoph. Pac. 115.

Ἴθι χρυσοχάλιν' αἴρων πτέρυγας!

B. per aërem vectus.

26.

Schol. Aristoph. Vesp. 754. (727.) Παρὰ τὰ ἐκ Βελλερο-
φόντου παίξει ταῦτα

Πάρεις, ὦ σκιερὰ φυλλάς! ὑπερβῶ
κρηναῖα νάπη· τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς

αἰθέρ' ἰδέσθαι σπεύδω, τίν' ἔχει
στάσιν, εὐοδία.

Ultimo v. Schol. ἐνοδίας, Flor. Christianus et Barnes., Toup. Emend. in Suid. t. III. p. 165. (cf. Schaefer. Appār. Demosth. t. IV. p. 397.), εὐοδίας, Heath. et Valck. Diatr. p. 167. *Εὐνοδία*, i. e. Luna, quod parum est. εὐοδία, felici itinere.

Ex narratione Epilogi.

27.

Plut. Moral. p. 529, e. Οὐδὲ δεῖ τοῖς ἐπαίνοις κηλούμενον ἤδεσθαι, — μὴδ', ὥσπερ ὁ Εὐριπίδου Πήγασος

"Ἐπτησὶ ὑπέικων μᾶλλον ἢ θέλοι

τῷ Βελλεροφόντῃ, τοῖς δεομένοις ἑαυτὸν ἐκδιδόναι καὶ συνεκταπεινοῦν. et p. 807, e. Ἀγησίλαος περὶ τὰς τῶν φίλων σπουδὰς αὐτὸς αὐτοῦ γινόμενος ἀσθενέστερος καὶ ταπεινότερος, ὥσπερ ὁ Εὐριπίδου Πήγασος

"Ἐπτηξ' ὑπέικων μᾶλλον, εἰ μᾶλλον θέλοι,

καὶ ταῖς ἀτυχλαῖς προθυμότερον βοηθῶν τοῦ δέοντος ἐδόκει συνεξομοιοῦσθαι ταῖς ἀδικλαῖς.

Reliqui priore loco, quod praebent libri, μᾶλλον ἢ θέλοι, sed ibi quoque scribendum puto μ., εἰ θέλοι, et alterum μᾶλλον omissum, tanquam minus necessarium. legitur autem vulgo "Ἐπτηξ' ὑπ. μ. ἢ μ. θέλοι, quae sensu cassa. Utrum E. dixerit "Ἐπτησὶ an "Ἐπτηξ', incertum est. confusa σσ et ξ, ut alias haud raro maculam tralaticiam ἀσθενέστατος κ. ταπεινότητος eluere nullus dubitavi.

28.

Aristoph. Pace v. 697. (721.)

Ἦφ' ἄρματ' ἔλθων Ζηνὸς ἀστραπηφορεῖ.

scil. Pegasus.

Bellerophontis voces post casum moribundi.

29.

Plut. Moral. p. 475, c. Πρὸς δὲ τὰ φύσει δοκοῦντα λυπεῖν, οἷα νόσοι, καὶ πόνοι, καὶ θάνατοι φίλων καὶ τέκνων, ἐκείνο τὸ Εὐριπίδειον

Ὀῦμοι! Τί δ' Ὀῦμοι; θνητὰ τοι πεπόνθαμεν.

„Heu! sed quid Heu? quod patimur, humanum est malum. Grot. Excerpt. p. 378. Versum ἐκ τοῦ Βελλεροφόντου petitum esse indicat Diog. Laërt. IV, 26. et hinc Hesych. Miles. p. 23. ed. Meurs., ubi Crantor hunc versum crebro usurpasse dicitur, et Suidas v. Ὀῦμοι.“ Matth.

30.

Aelianus H. A. V, 34. Τοιοῦτόν τινα καὶ τὸν Βελλεροφόντην ἠρωικῶς καὶ μεγαλοψύχως εἰς θάνατον παρεσκεύ-

ασμένον ὑμνεῖ ὁ Ε. πεποιήκε γοῦν πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν
λέγοντα αὐτὸν

Ἦσθ' εἰς θεοὺς μὲν εὐσεβῆς, ὅτ' ἦσθ', ἀεὶ,
ξένοις τ' ἐπήροκεις, οὐδ' ἔκαμνες εἰς φίλους.

Glaucci vel Amici haec fuerint

31.

Schol. ad Aristoph. Equ. 1149. (1246.)

Κομίζετ' εἴσω τόνδε τὸν δυσδαίμονα!

32.

Mire Seneca Epist. 115.: „Nec apud Tragicos desunt, qui
luero innocentiam, salutem, opinionem bonam, mutant.

Sine me vocari pessimum, ut dives vocer*).

an dives, omnes quaerimus, nemo an bonus;

non quare et unde, quid (malim e c quid) habeas, tan-
tum rogant:

ubi que tanti quisque, quantum habuit, fuit.

Quid habere nobis turpe sit, quaeris? Nihil.

aut dives opto vivere, aut pauper mori:

bene moritur, qui, dum moritur, lucrum facit.

(versus vitiosus. hoc dixerit Seneca Bene ille mori-
tur, qui mori lucrum facit, scribae autem omiserint
pronomen, tanquam supervacaneum, et mori, i. e.
mortem, explicuerint verbis dum moritur.)

Pecunia ingens generis humani bonum,

cui non voluptas matris aut blandae potest

par esse prolis, non sacer meritis pater.

tam dulce si quid Veneris in voltu micat,

merito illa amores coelitum atque hominum movet.

Cum hi novissimi versus in tragoedia Euripidis pronuntiati essent,
totus populus ad ejiciendum et actorem et carmen consurrexit uno
impetu, donec Euripides in medium ipse prosiluit, petens ut expe-
ctarent viderentque, quem admirator auri exitum faceret. dabat in
illa fabula poenas Bellerophontes, quas in sua quisque dat: nulla enim
avaritia sine poena est, quamvis satis sit ipsa poenarum.“ Postremi
5 horum versuum extant graeci apud Athen. IV, p. 159, b, c,
Stobaeum 89. p. 501., Maximum in Gesneri ed. Stob. p. 759.,

ὦ χουσὲ, δεξιῶμα κάλλιστον βροτοῖς!

ὥς οὔτε μήτηρ ἠδονὰς τοιάσδ' ἔχει,

οὐ παῖδες ἀνθρώποισιν, οὐ φίλος πατήρ,

οἷας σὺ χοῖ σὲ δῶμασιν κεκτημένοι.

*) Eurip. fragm. dub. 33. apud Matth.

Ἔα με κερδαίνοντα κεκλησθῆναι κακόν.

εἰ δ' ἢ Κύπρις τοιοῦτον ὀφθαλμοῖς ὄρα,
οὐ θαῦμ' ἔρωτας μυχίουσ ἀυτὴν τρέφειν.

4 priores versiculos citant Sextus Emp. adv. Gramm. I, 279. p. 277. et Athenag. Apol. p. 177., primum itidem Sextus eodem libro XI, 122. p. 713. et Lucianus Gall. t. I. p. 153. Matth.: „E Bellerophonte petitos esse Seneca indicavit ep. 115. v. Valck. Diatr. p. 165. et 166. Hinc Grotius lemma addidit Euripides Bellerophonte: nam in Trincav. et Gesn. deest lemma. At apud Maximum e Danaë petiti dicuntur, et sic etiam cod. Ms. Stob., quem Valck. commemorat in nota Ms., Vossianus, puto, *Εὐριπίδης Δανάη*, et cod. Paris. A. apud Gaisf. De Seneca dubitari potest: nam nec quisquam antiquorum praeter illum de Bellerophontis avaritia quidquam commemoravit [quod monet etiam Musgrav.], et quod ille in Bell. docenda factum scribit, id Plut. t. II. p. 17, e, in Ixione locum habuisse narrat. Fieri autem poterat, ut et, quod de Ixione lectum vel auditum meminerat, id errore abreptus ad Bell. transferret, sicut Consol. ad Helv. Aristidem pro Phocione posuit, De benef. III, 6. Macedonas pro Persis, et locum Danaës tanquam e Bell. sumtum laudaret.“ Similiter de hac re sentiunt Dindorf. et Hartung., abhorretque sane a moribus Bellerophontis avaritia, quidquid dicit W. p. 790. et 91.

XIV. ΒΟΥΣΙΡΙΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Apollod. II, 5, 11, §. 7. Μετὰ Λιβύην δὲ Αἴγυπτον εἰσῆει. (scil. Hercules. libri ἐξήει, σ et ξ confusis, ut saepe.) ταύτης ἐβαβίλευε Βούσιρις, Ποσειδῶνος παῖς καὶ Λυσιανάσσης τῆς Ἐπάφου. οὗτος τοὺς ξένους ἔθνευ ἐπὶ βωμῶ Διὸς κατὰ τι λόγιον. ἐννεὰ γὰρ ἔτη ἀφορία τὴν Αἴγυπτον κατέλαβε. Φράσιος (sic libri Mss., non Θράσιος, ut veteres edd.; male etiam Hyginus fab. 56. Thasius.) δὲ ἐλθὼν ἐκ Κύπρου, μάντις τὴν ἐπιστήμην, ἔφη τὴν ἀφορίαν παύσεσθαι, ἐὰν ξένον ἄνδρα τῷ Διὶ σφάξωσι κατ' ἔτος. Βούσιρις δὲ, ἐκεῖνον πρῶτον σφάξας τὸν μάντιν, τοὺς κατιόντας ξένους ἔσφαξε. συλληφθεῖς οὖν καὶ Ἡρακλῆς τοῖς βωμοῖς προσεφέρετο· τὰ δὲ δεσμὰ διαρρήξας τὸν τε Βούσιριν καὶ τὸν ἐκείνου παῖδα Ἀμφιδάμαντα ἀπέκτεινε.

„Drama satyricum fuisse Osannus in Wolfii Anal. II. p. 536. sequ. colligit e loco Diomedis gramm. p. 488. Putsch.: Latina Atellana a graeca satyrica differt, quod in satyrica fere satyrorum personae inducuntur, aut si quae sunt ridiculae similes satyris, Autolycus, Burris. ubi e codd. Paris. (tribus, 7493., 7494. et 7538.) legendum Busiris.“ Matth. Medium inter tragoediam et comoediam drama satyricum non abhorret a tragico argumento, modo laetus sit exitus, qualis est

in Cyclope. hic quidem Busiridis et filii mortes in ludicrum versas puto ab Euripide, fortasse interventu chori satyrorum, vel Neptuni. horum igitur ope ereptis illis servos aliquos comprehendisse videtur Hercules, latebras dominorum indicare homines jubens. quod se facturum unus eorum negans fidem dominis debitam excusaverit his verbis.

1.

Stob. 60. p. 384.

Δούλω γὰρ οὐχ οἶόν τε τάληθῆ λέγειν,
εἰ δεσπόταισι μὴ πρόποντα τυγχάνοι.

2.

Hesych. Ἀγνίσαι: ἀποθῦσαι, Βουσίριδι. Excidisse putant nomen Εὐριπίδης.

3.

Idem. Ἀτρεκήσασα. ἀκριβωσαμένη. Ε. Βουσίριδι.

XV. ΔΑΝΑΗ.

Apollodorus II, 4, 1. Ἀκρισίω δὲ περὶ παίδων γενέσεως ἀρρῶνων χρηστηριαζομένω ὁ θεὸς ἔφη γενέσθαι παῖδα ἐκ τῆς θυγατρὸς, ὃς αὐτὸν ἀποκτείνῃ. δείσας οὖν Ἀκρισίος τοῦτο, ὑπὸ γῆν θάλαμον κατασκευάσας χάλκεον, τὴν Δανάην ἐφρούρει. ταύτην μὲν, ὡς ἔνιοι λέγουσιν, ἐφθειρε Προίτος, ὃθεν αὐτοῖς καὶ ἡ στάσις ἐκινήθη, ὡς δὲ ἔνιοι φασί, Ζεὺς μεταμορφωθείς εἰς χρυσὸν, καὶ διὰ τῆς ὀροφῆς εἰς τοὺς Δανάης εἰσρῦεις κόλπους, συνῆλθεν. αἰσθόμενος δὲ Ἀκρ. ὕστερον ἐξ αὐτῆς γεγεννημένον Περσέα, μὴ πιστεύσας ὑπὸ Διὸς ἐφθάρθαι, τὴν θυγατέρα μετὰ τοῦ παιδὸς εἰς λάρνακα βαλὼν ἐρρίψεν εἰς θάλασσαν, προσενηχθείσης δὲ τῆς λάρνακος Σερίφω Δίκτυς (frater Polydectae, regis Seriphiorum) ἄρας ἀνέτρεφε [τοῦτον].

Intra hos fines constitisse putandum est drama Euripideum: neque enim vel Polydectae amores, vel Persei adulti fata, huc pertinent, sed clam patre peperit in eo Danaë, adjuvante nutrice et fortasse matre Eurydice, Lacedaemonis filia *); qua re patefacta

*) Sed non ita, ut se ipsam peperisse finxerit, credulo primum Acrisio, quod qui commentus est, Hartungus Eurip. restitut. p. 88., non meminit verborum Apollodori ὁ θεὸς ἔφη γενέσθαι παῖδα ἐκ τῆς θυγατρὸς. senex Acrisius tum fuit, anus Eurydice. Alium errorem W. refellit Matthiaei, rem non Argis geri existimantis, sed Seriphi post nuptias Polydectae et Danaës, ut hujus gravidae ex Polydecte ad patrem, se ipsam cum Perseo repetentem, verba sint illa, quae posuimus fragmento 16. Hyginus quidem fab. 63.: — „Quam (Danaën) pater ob stuprum inclusam in arca cum Perseo in mare dejecit. ea voluntate Jovis delata

Acrisius, vitae metuens, et custodem ab se constitutum virginis, auro corruptum, objurgat, et Danaën frustra precantem exponi in mari jubet cum puero. de fuga clandestina cogitasse Danaën, solus auctor est ille, quisquis fuit, qui scripsit prologum maxima ex parte suppositum, quem in codice Palatino inventum Commelinus a. 1597. publicavit in editione tragoediarum Euripidis. Docte et sagaciter excussit eum prologum Jacobsius dissertatione, quae primum edita est in Wolfii Analectorum litter. parte altera, deinde in ipsius Jacobsii Miscellaneis (Vermischte Schriften, V, p. 607—635). qua dissertatione nos usi quae insunt in eo scripto, quod male natum periculum scholasticum („eine missrathene Schulübung“) vocat vir meritissimus, vel inepta, vel soloeca, vel vitio metrico aevi mediū barbariem redolentia, ea fere intacta reliquimus, etiam diverso genere scripturae distincta; quae vero minus indigna videantur antiquitate et Euripide, iis medicam afferre manum, sicubi opus erat, non recusavimus, cum fieri possit, ut repertis aliquot versibus genuinis opus suum agglutinare constituerit interpolator, alienissimus ille quidem ab ubertate atque eloquentia Euripidea.

Sic igitur fragmentum illud se habet apud Commelinum:

Τὰ τοῦ Δράματος πρόσωπα.

*Ἑρμῆς, Δανάη, Τρόφος, Ἀκρίσιος, Ἄγγελος,
Χόρος, Ἀθηνᾶ.*

Ἑρμῆς.

*Δόμοι μὲν οἷδ' ἐρύματά τ' εὐπυργα χθονὸς
εἰκῆ πολυχρύσοισιν ἤσκηται χλιδαῖς·*

ἄκραν δὲ τήνδε καὶ θεῶν ἰδρύματα

Ἀκρίσιος ἔλληξ', ὃς τύραννός ἐστι γῆς,

5 *Ἕλλησι δ' Ἄργος ἢ πόλις κικλήσκειται.*

οὗτος δ', ἔρωτι παιδὸς ἄρσενος σχεθεῖς,

Πυθῶδ' ἀφῆκτο, καὶ λέγει Φοῖβῳ τάδε,

πῶς ἂν γένοιτο σπέρμα παιδὸς ἐν δόμοις,

τίνος θεῶν βροτῶν τὲ πρευμενοῦς τυχῶν.

10 *κείνου δὲ δυσξύμβλητον ἐξήνεγκ' ὅπα*

est in insulam Seriphum, quam piscator Dictys cum invenisset effracta (ea Toll.), vidit mulierem cum infante, quos ad regem Polydectem perduxit, qui eam in conjugio habuit et Perseum educavit in templo Minervae. quod cum Acrisius rescisset, eos ad Polydectem morari, repetitum eos profectus est. quo cum venisset, Polydectes pro eis deprecatus est etc. sed horum quae propria sunt Hygino, eorum vestigium, quod quidem certum sit, nullum inest in hisce fabulae reliquiis. Ceterum piscatorem Dictyn Muncker. natum putat ex verbis Pherecydis apud Apollonii schol. IV, 1091. *Καὶ ἐξέλκει αὐτοὺς Δίκτης ὁ Περισθένους, δικτύῳ ἀλιεύων.* sed Strabo quoque piscatorem eum fuisse tradit X, p. 335, 57. Cf. annotata ad Dictyn.

- „Ἔσται μὲν, ἔσται παιδὸς ἄρσενος τόκος,
οὐκ ἐξ ἑτοίμου· πρῶτα γὰρ θῆλυν σποράν
φῦσαι δεήσει· κατὰ παῖς κείνη ποτὲ
εὐνήν κρυφαίαν γνοῦσα, καὶ μὴ γνοῦσα δὴ,
15 ὑπόπτερον λέοντα τέξεται πατρὶ,
ὃς τῆσδὲ γ' ἄρξει χιτέρας πολλῆς χθονός.“
Τοιαῦτ' ἀκούσας Λοξίου μαντεύματα
γάμων ἀπείχεθ'· ὁ μὲν δὲ γὰρ τίπτει λαθῶν,
πρὸς τοῦ παρόντος ἡμέρου νικώμενος.
20 Δανάην δ' ἐπανάμαξε τῆδ', ὀθούνεκα
πολὺς παρηλθεν εἰς γονὴν παίδων χρόνος.
ἐν παρθενῶσι δ' εὐθύς, οἷς ἐδείματο,
δίδωσιν Ἀργεῖαισιν εὐφρουρον κόραις,
εἰς ἀνδρὸς ὄψιν εὐλαβούμενος μολεῖν.
25 εἶθ', ὡς ὁ μακρὸς ἠΰξανεν ταύτην χρόνος,
καὶ κάλλος εἶχεν ἔξοχον καθ' Ἑλλάδα,
φίλτροις ἀφύκτοις Ζεὺς κατασχεθεὶς πατῆρ
εὐνήν συνελθεῖν λάθρα πως ἠβούλετο·
σαφῶς δὲ πείθειν οὐκ ἔχων εἰς μηχανὴν
30 τοιάνδ' ἐχώρησ', ἄπυρος ὡς χρυσὸς γεγῶς,
ποθεινὸν εἰδὼς κτήμα τοῦτο τοῖς βροτοῖς,
διὰ στέγους ῥεύσειεν ἐν χερσὶν κόρης.
ἦ δ' οὖν μὴ γνοῦσα τὸν κεκρυμμένον δόλον
κόλποισι τὸν θεὸν εἰσρέοντ' ἐδέξατο.
35 χρόνῳ δ' ἑαυτὴν ὡς κατεῖδ' ἐγκύμονα,
εἰς θαῦμ' ἐσήει, κάξεπέπληκτο σαφῶς,
ὡς εἰς τόδ' ἦλθε, μέμψιν εὐλαβουμένη.
φυγῆ δὲ λάθρα τῆσδε γῆς ὀρμωμένην
μαθῶν πατῆρ νιν ἐγκατάκλειστον δόμοις,
40 ὀργῆν χολωθεὶς, καὶ σκότῳ κρύψας ἔχει,
τάληθές ὄψει προσκοπούμενος μαθεῖν,
κἂν ταῦτ' ἀληθῆ καὶ σαφῶς ἔχοντ' ἴδῃ,
ἔγνωκεν ἄμφω ποντίλους ἀφιέναι,
τὴν παῖδα καὶ τὸ τεχθέν. Ὡν δὲ γ' ἐστάλην,
45 μύθους Δανάη τούσδ' εὐπροσηγόρους ἄγων
ἐκ Διὸς, ἀφίξομαι τάχιστα σημανῶν·
ὑπηρέτην γὰρ ὄντα τάπεσταλμένα
πράσσειν προθύμως, ὅστις ἂν γ' ἦ νουνεχής.

Χορός.

- 50 Τίς ὁ καινοτρόπος οὗτος μῦθος
κατ' ἐμὴν ἦκεν ἀκουῶν,
ἐνθ' ἀσπερχές μενεαίνουσα
τοῖσδε δώμασι κοιράνου
ἀμφίδοξος πελάζω,
τίς δεσπότην ἐμὴν Δανάην

- 55 βάξις ἔχει κατὰ πτόλιν.
 ἦν μὴ ποτ' ὄφελ' εἰς ὧτα φέρειν
 ὁ πρῶτος τάδε φρ' ἴσαι τολμήσας,
 ὡς ἐγκύμων εἴληπται
 χραυθεῖσα λέκτροις
- 60 ἀνδρός. πατήρ δέ μιν κλήσας
 ἐν παρθενῶσι σφραγῖσι
 δέμας φυλάσσει.
 ταῦτ' ἐτήτυμα μαθεῖν θέλω.
- 'Ἄλλ' εἰσορῶ γὰρ τύραννον χθονὸς τῆσδ'
 65 Ἀργείας Ἀκρίσιον πρὸ δόμων στείχοντα.
 φρυγῆ βαρὺς, ὡς δόξαι, κέαρ.

Ἀκρίσιος.

Σὺ δ', εἰ κατ' οἴκους εὐνοῶν ἐτύγχανες,
 οὐκ ἄν ποτ' ἦλθες εἰς τόδε θρόσους.

Liber versu 1. — οἶδ' εὐπυργά τ' ἐρ. χθ., pejoribus quidem numeris. 2. οὐκ ἐν πολ. ἦ. χ., cum Mycenae πολυχρούσους vocet Homerus Il. η', 180., dicit Horatius Od. I, 7, 9., cujus urbis opes divitiaeque Argos translatae sunt. v. Strabo VIII, 6. et historicos. imo εἰκῆ, frustra, Mercurius auro splendere dicit aedes Acrisii tristes et afflictas, saluti suae metuentē Acrisio, filia vero turri inclusa. Non desunt *ει* et *ου* confusorum exempla, quae origo est hujus mendii. 3. non minus vitiose ἀρχὴν legitur pro ἀκρην, arcem Argorum. de imperio dicitur sequente versu. 4. scriptura vulgata Ἀ. εἴληπται, τύραννος τῆσδε γῆς durissimos habet numeros, nec tragicos. Musgravius Ἀ. εἴληχ', ὦν τ. τ. γ., quo parum proficitur. 6. σχεθεῖς. Elmslejus ad Heracl. 634. (615): „Aoristum passivum ἐσχέθη in genuinis Tragicorum scriptis vel non reperi, vel enotare neglexi. bis occurrit in Commeliniano Danaës fragmento, quod spurium esse alibi monui, v. 6. 27. In eodem fragmento v. 44. legitur passivum τεχθέν Tragicis prorsus ignotum.“ 7. „ἀφίκτο pro ἀφίκετο (v. Buttman. gramm. uber. t. II, 1. p. 9. seqq.) Homericum est, a quo Tragicis, praeterquam in melicis, prorsus abstinerunt“ etc. Matth. 8. 9. Ipsa Jacobs. desiderat Acrisii verba, et miratur mortalium quoque auxilium ab eo requiri. sed directa quidem regis oratio est Πῶς — δόμοις, Utinam nascatur filius domi!“ proximus autem versus videtur depravatus esse, cum scriptor dixisset τίνος θεῶν βροτῶ τι πο. τύχω; quemnam deorum mortali (mihi) benevolū aliqua ex parte inveniam? 10—12. male codex κείνος δὲ — οὐκ ἐξ ἐκείνου. opponuntur οὗτος et ἐκεῖνος sive κείνος, ut solet fieri. κείνου, Apollinis Delphici. ἐξήνεγκε, extulit, abstulit. ἐξ ἐτοίμου, promte, statim. permiscuerunt interdum scribae κ et τ litteras: ita ἐτοίμου mutarunt in ἐκοίμου etc. 13. ne hic quidem recte liber κατὰ πῶς κείνη ποτὲ etc.: friget enim

πῶς adverbium, cum non peculiari quodam modo, sed naturaliter, infantem paritura sit Danaë. 18. ὁ μὲν δὲ γε τίκτει λαθῶν. quis haec affecta esse dubitet? scribamus

γάμων ἀπείχεθ', ἕως μέθῃ τίκτη λαθῶν.

ἕως pro monosyllabo est, ut apud Homerum saepius, Q. Smyrnaeum II, 57 etc. λαθῶν sensu medii intelligi potest, λαθῶν ἑαυτὸν, clam se ipso, inscius. neque oblivionis notio abhorret. E. Ione, v. 68., κοῦ λέληθεν, neque oblitus est. 19. versus Sophocli sublectus, qui sic apud Stobaeum 28. p., 194, 19. de muliere,

Ἐν τοῖσιν αὐτοῖς δικτύοις ἀλλίσκεται,
πρὸς τοῦ παρόντος ἡμέρου νικῶμενος.

annotavit Jacobs. 20. mendose liber Δαν. δὲ προνώμασε τήνδ'. recte Musgr. Δ. δ' ἐπινόμαξε. nos dedimus τῆδε, sic, hac de causa. 22—24. Jacobs. Analect. litt. II. p. 397.: „Ueber die Massregeln des Akrisius, die Keuschheit seiner Tochter zu sichern, ist der Pseudo-Euripides ungebührlich kurz u. ungenügend, indem er sagt, „er habe sie in einem Gemache (ἐν παρθενῶσι), das er erbaut, Argivischen Mädchen zu bewachen gegeben.“ Also wohl wenig anders als jede Jungfrau in Griechenland! Wie weit besser der Mythograph (Apollod.): „Dieses fürchtend baute Akr. unter der Erde ein ehernes Gemach.“ Niemand wird sagen, dass Dies unbedeutend sei. Die ganze Handlung des Trauerspiels hat keinen Sinn, wenn sie nicht auf die Furcht des Akr. vor einem künftigen Mörder u. auf seinen Zorn über die Vereitelung so wohl berechneter Massregeln gebaut ist.“ 28. λάθρα in metrum peccat propter ultimam productam; ἠβούλετο languere sensit Jacobs. 29. „σαφῶς πείθειν quid sit, nescio.“ Matth. Nesciens item Jacobs. quaerit, an sit forte „mit klaren, deutlichen Worten bereden.“ equidem malim σαφῶς δ' ἐπελθεῖν, manifesto accedere, quemadmodum Homerus II. α', 535. dixit ἐπερχόμενον, accedentem (scil. Jovem redeuntem ad deos coelestes). quod συνελθεῖν legitur superiore versu, id non curasse putandus est Graeculus, qui haec conscripsit. 30. liber ὡς ἄπυρος, temere illato anapaesto in quartum locum senarii tragici. 31. vitiosior etiam est vulgata scriptura τοῦτο κτήμα. recte Matth. nota κτ. τ. 32. ἐν χερσίν. hoc merito rident Jac. et Matth., cum praesertim sinu (κόλποις), non manibus, deum excepisse dicatur Danaë v. 34. ἐγκύρσων κόρη, ut tectum perfluens incideret in puellam, et sensu et ratione palaeographica commendatur. 33. bene Heath. curato metro ἦ δ' ἀγνοῦσα τὸν κ. δ. 34. versus male tornatus, cui medearis scribendo κόλποις ἐδέξατ' εἰσρέοντα τὸν θεόν. 36. εἰς θαῦμα ἐσῆει. soloecismum notarunt Jac. et Matth. pejus etiam est, quod sequitur, κάξ. σαφῶς, siquidem versum evertit κάξ, nec quisquam intelligat, quid sit ἐξεπιπλήττεσθαι σαφῶς. Piersonus κάξ. σφοδρῶς, metro quidem opitulatus, sed supervacaneam obtrudens vocem, cum ipsa ἐξ praepositione augeatur vis

verbi *ἐπιπλήττεσθαι*. mitto aliorum commenta inutilia, neque ipse laterem lavabo. 38. „Nota *τῆσδε γῆς ὄρου*. pro *ἐκ τ. γῆς*.“ Matth. 42. *κἄν* recte Musgrav. pro *καί*. 45, 46. inepta sunt verba *τούσδ'* et *ἀφίξομαι*, soloecum *μύθους ἄγων*. ferri possent *τῆδ'* et *ἀφικόμην*. 48. „Ad *πράσσειν* deest *δεῖ*, cujus ellipsis aliud exemplum non novi.“ Matth. — Quae excipiunt iambicos senarios, cave lyricis conscripta esse metris existimes, sed temere fusa sunt, ut in buccam venerunt mangoni. fortuiti versus sunt 52., 55., 59. et 62., quales in quotidiano sermone insciis excidunt. 50. „*ἀκουᾶν* ist weder dorisch, noch attisch, ja eigentlich gar keine Form, da der Attiker *ἀκοή*, der Dorier *ἀκοά*, die epischen Dichter aber *ἀκουή* sagen. (Matth. comparat *Οὐκ εἰς ἀκοᾶς ἔτι δυστυχία Δώματος ἦκει* Phoen. 1480 [1401].) V. 51. ist *ἀσπερχές μενεαλνεῖν* homerisch; doch so, dass es mit Heftigkeit u. ohne Unterbrechung streben bedeutet, nicht, wie hier, eilen. Der Bühne ist *ἀσπερχής*, soviel wir wissen, ein fremdes Wort, obschon Sophokles Aj. 971. (908.) *περισπερχές πάθος* sagt, aber in der Bedeutung von *βαρὺς*, *περιώδυνος*. (Matth.: „Pro *μενεαλνουσα* consuetudo Tragicorum postulat *μενεαλνων*. v. gramm. gr. §. 436. 4. 6.“) Auch *ἀμφίδοξος* in activer Bedeutung kann Zweifel erregen.“ Jacobs. 64. 66. vereor ne hi sint versus politici, quos vocant. 66. *φυγῆ βαρὺς* quid sibi velit, nescio. fortasse scriptor dedit *ὄργῆ β'*. 67. verba regis irati ad custodem filiae, quem auro corruptum fuisse putat, non ab Jove vel deo, sed ab opulento aliquo amatore. 68. versus expleturus Porsonus Append. ad Toup. Emend. in Suid. p. 476. *οὐκ ἄν ποτ' ἦλθες εἰς τὸδ', εἰς ὃ νῦν, θράσους*. malim *ο. ἄν π. ἦ. ε. τὸδ' ἐκθαρσοῦν θράσους*, „nunquam processisses ad hanc nimis audentem audaciam.“ potest enim, ut simile simili offererit.

Jam ad genuina fabulae* fragmenta progrediamur.

Verisimile videtur Welckero, prologum egisse Acrisium; sed neque a Mercurio vel deo aliquo id muneris alienum esse censet vir doctissimus. cujus prologi esse versus nonnullos, qui leguntur in suppositis, quominus existimemus, nihil prohibet. tum inductus fuerit Chorus, constans ex virginibus Argivis, ut apud Pseudoeuripidem. Jam vero haud dubie prodiit Acrisius, instabilis querens res humanas, desideriumque masculae prolis, quam procreandi spes nulla sit seni, significans, neque contentus filia foras nuptum abitura nullo emolumento domus paternae. qua de re pergit dicere, ubi uxor accessit; sed male accipitur ab ea, ut cui nonnisi iniquitate virorum inferiores in omnibus rebus esse videantur mulieres, imperaturae illae, ut putat, viris, si artium et astutiarum, quibus polleant, ratio habeatur.

1.

Stobaei Eclog. phys. t. I. p. 216. ed. Heeren.

Acris. *Εἰς ταυτὸν ἦκειν φημι ταῖς βροτῶν τύχαις
τόνδ', ὃν καλοῦσιν αἰθέρ', οὐ τὰδ' ἔστι δῆ.
οὔτος θέρους τε λαμπρὸν ἐκλάμπει σέλας,
χειμῶνι τ' αὖξει συντιθεῖς πυκνὸν νέφος,
5 θάλλειν τε καὶ μῆ, ζῆν τε καὶ φθίνειν, ποιεῖ.
οὔτω δὲ θνητῶν σπέρμα· τῶν μὲν εὐτυχεῖ
λαμπρὰ γαλήνη, τῶν δὲ συννεφεῖ πάλιν,
ζῶσιν τε σὺν κακοῖσιν, οἱ δ' ὄλβου μέτα
φθίνουσ' ἔτειοις πρόσφοροι μεταλλαγαῖς.*

Codices τὰς — τύχας, quod emendavit Musgravius. idem ultimo versu, σ litteram frequentiore fugiens, edidit φθ. ἔτειοις (hoc secundum Valck. Diatr. p. 6.) πρόσφοροι (Valck. προσφερεῖς). prius Grot. placuit φθίνουσι δ' αὐτοῦς πρόσφοροι μεταλλαγαί, quod ita reddit sed hoc et illos exedunt ipsae vices, deceptus nihili scriptura librorum αἰτλοῖς προσφόροις. 2. ᾧ mutavimus in οὔ, cujus, ex quo, ut mundus ex aethere sive aëre (v. Schneider lex. v. αἰθήρ.) genitus significetur secundum Anaximenem, de quo Cicero De nat. d. I, 10.: „Anaximenes aëra deum statuit“ —, et Augustinus De civ. dei VIII, 2.: „Anaximander Anaximenem discipulum et successorem reliquit, qui omnes rerum causas infinito aëri dedit“ etc. 4. libri ambigue χειμῶνα, quod item correximus. non raro autem librarii α et ι litteras permiscuerunt.

2.

Acris. ad uxorem.

Stob. 73. p. 448.

*Γύναι, φίλον μὲν φέγγος ἡλλίου τόδε,
καλὸν δὲ πόντου χεῦμ' ἰδεῖν εὐήμεμον,
γῆ τ' ἡρινὸν θάλλουσα, πλούσιόν θ' ὕδαρ,
πολλῶν τ' ἔπαινον ἔστι μοι λέξαι καλῶν,
5 ἀλλ' οὐδὲν οὔτω λαμπρὸν οὐδ' ἰδεῖν καλόν,
ὡς τοῖς ἄπαισι καὶ πόθῳ δεδηγμένοις
παίδων νεογνῶν ἐν δόμοις ἰδεῖν φάος.*

3.

Stob. 69. p. 429.

*Καὶ νῦν παραινῶ πᾶσι τοῖς νεωτέροις,
μὴ πρὸς τὸ γῆρας τοὺς γάμους ποιουμένοις
σχολῆ τεκνοῦσθαι παῖδας (οὐ γὰρ ἡδονή,
γυναικί τ' ἐχθρὸν χρῆμα πρεσβύτης ἀνήρ),
5 ἀλλ' ὡς τάχιστα· καὶ γὰρ ἐκτροφαὶ καλαί,
καὶ συννεάζων ἡδὺ παῖς νέῳ πατρὶ.*

versu 2. dedi ποιουμένοις dictum per attractionem. ineleganter et κακοφώνως libri ποιουμένους.

4.

Idem 75. p. 452. (2 priores vv. habet etiam 71. p. 432., ubi legitur *Γυνή μέν.*)

*Γυνή γάρ ἐξελθοῦσα πατρῶων δόμων
οὐ τῶν τεκόντων ἐστίν, ἀλλὰ τοῦ λέχους·
τὸ δ' ἄρσεν ἐστὴν ἐν δόμοις αἰεὶ γένος
θεῶν πατρῶων καὶ τάφων τιμάορον.*

„Legitimos familiarum ritus et deorum manium jura perpetua nato-
rum successione servari solita etiam hinc ostendit Lobeck. diss. I.
de Tritopatribus in Seebodii Misc. crit. I. p. 522.“ Matth.

Acrisio conjux, ni fallor, sic respondet:

5.

Stob. 71. p. 432.

*Συμμαρτυρῶ σοι πανταχοῦ λελείμεθα
πᾶσαι γυναῖκες ἀρσένων ἀηδία.*

libri παντ. — ἀρσ. αἰεὶ δίχα, quae graece dicta esse nego: ne-
que enim *λελείμεθα* simul referri potest ad *ἀρσένων* et ad *δίχα*.
ἀηδία, iniquitate, inhumanitate, virorum.

6.

Stob. ibidem.

*Ἦν γάρ τις αἴνος, ὡς γυναῖξι μὲν τέχνη
μέλουσι, λόγῃ δ' ἄνδρες εὐστοχώτεροι.
εἰ γὰρ δόλοισιν ἦν τὸ νικητήριον,
ἡμεῖς ἂν ἀνδρῶν εἴχομεν τυραννίδα.*

Sapiens neque ignavum Eurydices responsum Chorus laudat
his verbis

7.

Stob. 7. p. 86.

*Φεῦ, τοῖσι γενναίοισιν ὡς ἀπανταχοῦ
πρέπειε χαρακτήρ χρηστός εἰς εὐψυχίαν!*

8.

Custos Danaës, corruptus ab Jove, aurum praedicat verbis ὦ
χρυσὲ — *τρέφει*, quae perscripsimus Bellerophontis fragmento 32.
Quem custodem fraude aperta increpans Acrisius

9.

Σὺ δ' εἰ κατ' οἴκους, inquit, *εὐνοῶν ἐτύγχανες* etc. v.
supposita in fine.

Divitiarum studium, omnibus insitum, honores opulentorum,
quamvis saepe inertium et turpiter parcorum, tum paupertatis con-
tentum, excusat custos.

10.

Stob. 91. p. 371.

Ἄρ' οἶσθ', ὀφθούνεχ' οἱ μὲν εὐγενεῖς βροτῶν
 πένητες ὄντες οὐδὲν ἐμφαίνουσ' ἔτι,
 οἱ δ' οὐδὲν ἦσαν πρόσθεν, ὄλβιοι δὲ νῦν,
 δόξαν φέρονται τοῦ νομίσματος χάριν
 5 καὶ συμπλέκοντες σπέρμα καὶ γάμους τέκνων;
 δοῦναι δὲ μᾶλλον πλουσίῳ πᾶς τις κακῶ
 πρόθυμός ἐστιν ἢ πένητι κάγαθῶ,
 κακὸς δ' ὁ μῆχων, οἱ δ' ἔχοντες ὄλβιοι.

11.

Idem 16. p. 153.

Ὅστις δόμους μὲν ἤδεται πληρουμένους,
 γαστροῦ δ' ἀφαιρῶν σῶμα δύστηνον κακοῖ,
 τοῦτον νομίζω καὶ θεῶν συλᾶν βρέτη,
 τοῖς φιλιτάτοις τε πολέμιον πέφυκέναι.

avaros, qui sibimet ipsis cibum deducant, vel templa expilare dicit, neque liberis suis parcere, si quid forte deliquerint. quibus verbis homo vituperat illiberalem Acrisii parcimoniam et saevitiam, qua punitum it filiam unicam atque innocentem.

12.

Idem 10. p. 127.

Κρεῖσσων γὰρ οὔτις χρημάτων πέφυκ' ἀνήρ,
 πλὴν, εἴ τις, ὅστις δ' οὗτός ἐστιν, οὐχ ὄρῳ.
 confusae duae orationes, πλὴν, εἴ τις ἐστιν, οὐχ ὄρῳ, ὅστις
 οὗτός ἐστιν, et ὅστις δ' οὗτός ἐστιν, εἴ τις ἐστιν, οὐχ ὄρῳ.

13.

Acrisio custodis sermones irridente, tanquam indignos, ad quos respondeat, ille sic pergit

Stob. 95. p. 519.

Φιλοῦσι γὰρ τοι τῶν μὲν ὀλβίων βροτοὶ
 σοφοῦς ἄγασθαι τοὺς λόγους, ὅταν δέ τις
 λεπτῶν ἀπ' οἴκων εὖ λέγη πένης ἀνήρ,
 γελᾶν· ἐγὼ δὲ πολλάκις σοφωτέρους
 5 πένητας ἀνδρας εἰσορῶ τῶν πλουσίων,
 καὶ θεοῖσι μικρὰ χειρὶ θύοντας τέλη
 τῶν βουθυτούτων ὄντας εὐσεβεστέρους.
 ἄγασθαι. codd. mendose ἠγεῖσθαι. σοφοῦς, ὡς σοφοῦς. el-
 lipsis haud insolita.

Praeterea nihil difficilius custodiri ait quam feminam.

14.

Stob. 74. p. 321. Grot. (Stob. 71. p. 433. Gesner. haec Alexidi tribuuntur.)

EURIP. FRAGM.

Οὐκ ἔστιν οὔτε τεῖχος, οὔτε χρήματα,
οὔτ' ἄλλο δυσφύλακτον οὐδὲν ὡς γυνή.
Filiam objurgantis Acrisii sunt haec, quae habet

15.

Stob. 62. p. 398. et sequ.

Ἔρωσ γὰρ ἀργὸν ἀπὶ τοῖς ἀργοῖς ἔφω,
φιλεῖ κάτοπτρα καὶ κόμης ξανθίσματα,
φεύγει δὲ μόχθους. Ἐν δὲ μοι τεκμήριον·
οὐδεις προσαιτῶν βίωτον ἠράσθη βροτῶν,
5 ἔν τοῖς δ' ἔχουσιν ἀβρότης πέφυκε δῆ.

versu 5. codd. ἔν τ. δ' ἔχουσιν ἠβητῆς πέφυκ' ὅδε, quod insulsum et ἀμετρον certatim tentaverunt docti homines, sed infelicitate ad unum omnes. aptum vero sententiae ἀβρότης, luxuria, mollities.

Placare patrem Danaë studens beatam se fore dicit, si mox infantis sui blanditiis puerilibus demulceatur.

16.

Stob. 76. p. 453.

Τάχ' ἂν πρὸς ἀγκάλαισι καὶ στέροισι ἐμοῖς
πηθῶν ἀθύροι, καὶ φιλημάτων ὄχλω
ψυχὴν ἐμὴν κτήσαιο· ταῦτα γὰρ βροτοῖς
φίλτρον μέγιστον ἢ ξυνουσίαι, πάτερ.

vulgo: — φ. μέγιστον αἱ ξ., quo nihil putidius. imo τῶ μεγιστον accepto pro μείζον, qui usus superlativi non est insolens, hoc dicit Danaë, infantum blanditiis magis capi homines quam concubitu; cui sententiae similes sunt illae de amore matrum et proborum hominum Erechtheo, fr. 22. et Dictye, fr. 4. Ceterum neque ὄχλον φιλημάτων, neque κτᾶσθαι ψυχὴν ὄχλω φ., vulgariter dixit Tragicus; hoc quidem fere ut Latini dicunt „occupari aliqua re animum.“

XVI. Δ Ι Κ Τ Υ Σ.

Apollodorus II, 4, 3, §. 7. de Perseo reverso ex Africa:
Παραγενόμενος δὲ εἰς Σέριφον, καὶ καταλαβὼν προσπεφην-
γυῖαν τοῖς βωμοῖς μετὰ τοῦ Δίκτυος*) τὴν μητέρα διὰ τὴν
Πολυδέκτου βίαν, εἰσελθὼν εἰς τοῦ βασιλέα, συγκαλέσαντος
τοῦ Πολυδέκτου τοὺς φίλους, ἀπεστραμμένος τὴν κεφαλὴν τῆς

*) Polydectae, Seriphiorum regis, et Dictyos patrem fuisse Magnetem, Aeoli filium, tradit Apollodorus I, 9, 6. etiam Hesiodus apud Boissonad. Anecd. III, num. 9.: Μάγνης δ' αὐ (scil. ἐγέννησε) Δίκτυον τε καὶ ἀντίθεον Πολυδέκτεα. aliter Apollonii Rhod. scholiastes: v. annot. ad prolegomena Danaës. Fratrem majorem natu, sed mitis ingenii, regno privasse videtur Polydectes.

Γοργόνος ἔδειξε· τῶν δὲ ἰδόντων ὁποῖον ἕκαστος ἔτυχε σχῆμα ἔχων ἀπελιθώθη. καταστήσας δὲ τῆς Σερίφου Δίκτυν βασιλέα ἀπέδωκε τὰ μὲν πέδιλα, καὶ τὴν κίβισιν, καὶ τὴν κυνῆν, Ἐρμῆ, τὴν δὲ κεφαλὴν τῆς Γοργόνος Ἀθηνᾶ. — Is fundus fabulae Euripideae, ejus hanc fuisse puto conformationem. Primum Danaë inducta est, filium diutius absentem desiderans, metuensque ne in periculosa expeditione perierit. Consolari moerentem studet Dictys. deinde pergīt ad fratrem, eumque dehortatur a novis Danaëis, quas parat, nuptiis faciendis detrimento liberorum, quos ex priore conjuge susceperit, inimicitiasque domesticas praedicit; sed frustra, Polydecte scilicet amoris divinitus immissi vehementiam excusante, officiumque patrum et liberorum mutuū existimante, ut se invicem ferant. ad quae irate respondentem Dictyn compescit Chorus, Polydectes vero tantum abest ut consilium Danaën ducendi abjiciat, ut potius vim tentet, et Danaë et Dictye ad aras deorum confugientibus. His ipsis rebus superveniens Perseus vehementer expostulat cum Polydecte, qui primum contemnit juvenem, tanquam imperitum et ignobilem, et vagum errantem, eumque, nisi nequam sit, Argos in patriam redire jubet, deinde, ubi maledictis nihil proficitur, magnis promissis opibus placare conatur, et etiam hic male acceptus a Perseo tandem, ira excandescens, ipsum corripit, Danaëque et Dictyn vi abstrahi ab aris jubet. quibus auditis Perseus relecto Medusae capite et tyrannum, et amicos atque satellites ejus, in lapides transformat.

Argumentum Medaeae: Ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος κατὰ τὴν ὀγδοημοστήν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα (ante Chr. nat. 431.—428.). πρῶτος Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης. Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτυς, Θερισταὶ σάτυροι.

1.

Scholiastes Soph. Ajace, 733. (787.)

Ὅρθοῖς τί μ' ἄρτι πημάτων λελησμένην;

Sic Danaë ad Dictyn, qui visit paulum requiescentem a moerore. Vulgo:

— Τί μ. ἄ. π. λελησμένην

ὀρθοῖς;

sed unus hic versus est, neque ineleganter posteriore loco positum τί pronomen. Similiter Hecuba Talthybio, humi jacentem eam excitanti, respondet Hecub. 476. (501.) Ἐα, τίς οὗτος σῶμα τοῦμὸν οὐκ ἔαξ Κεῖσθαι; τί κινεῖς μ', ὅστις εἶ, λυπομένην; quo loco item scribendo τί μ' ὀρθοῖς Comicatorum cavillationes effugisset E.

2.

Plutarch. Consol. ad Apollon., Opp. t. II. p. 106. Ὁ δὲ παραμυθούμενος τὴν Δανάην δυσπενθοῦσαν Δίκτυς φησὶ

Δοκεῖς τὸν ἄδην σῶν τι φροντίζειν γόων,
καὶ παῖδ' ἀνήσειν τὸν σὸν, εἰ θέλοις στένειν;
παῦσαι. βλέπουσα δ' εἰς τὰ τῶν πέλας κακὰ
ῥάων γένοι' ἄν, εἰ λογίζεσθαι θέλοις,
ὅσοι τε δεσμοῖς ἐκμεμόχθηνται βροτῶν,
5 ὅσοι τε γηράσκουσιν ὄρφανοὶ τέκνων,
τούς τ' ἐκ μεγίστης ὀλβίους τυραννίδος
τὸ μηδὲν ὄντας. ταῦτά σε σκοπεῖν χρεῶν.

Versu 2. fuit cum malletm εἰ 'τελῶς στένεις, si infinite gemis. languet enim θέλοις in re non voluntaria, et magis molestum est propter vicina verba εἰ λογ. θέλοις. 6. dedi ὀλβίους pro ὀλβίας, quod frustra tuetur Matth. minus verisimiliter Elmsl. ad Heraclid. 168. μέγιστον ὀλβ. saepe α et ου confusa in libris.

Danaës Dictyi respondentis verba.

3.

Stob. 81. p. 474.

Εἷς γὰρ τίς ἐστὶ κοινὸς ἀνθρώποις νόμος,
καὶ θεοῖσι ταῦτὸ δόξαν ὃν σαφῶς λέγω,
θηρσίην τε πᾶσι, τέκνα τίκτουςιν φιλεῖν·
τὰ δ' ἄλλα χωρὶς χωρῶμεθ' ἀλλήλων νόμοις.

V. 2. codd. κ. θ. τοῦτο δ. ὃ (σ, i. e. ὄν) σ. λ. Grotius aliique: — δόξαν, ὡς σ. λ., quod paulo confidentius dictum est. praeterea ὡς friget, cum sic loqui soleant σαφῶς λέγω, σαφῶς ἐπίσταμαι etc.

Dictyos orationes ad fratrem, cum amicitiam suam olim cum Perseo exercitam excusantis, quod Polydectes luctum ejus de morte juvenis nuntiata vituperaverat; tum eundem salubriter monentis de intempestivo Danaës amore, quo laudabiliorem esse putat voluntatem suam in optimum adolescentem.

4.

Stob. Eclog. phys. c. 12., t. I. p. 272. ed. Heeren.

Φίλος γὰρ ἦν μοι, καὶ μ' ἔρωσ ἔλοι ποτὲ
οὐκ εἰς τὸ μῶρον, οὐδέ μ' εἰς Κύπριν τρέπων,
ἀλλ' ἐστὶ δὴ τις ἄλλος ἐν βροτοῖς ἔρωσ
ψυχῆς δικαίας, σώφρονός τε, κάγαθῆς,
5 καὶ χοῆν δὲ τοῖς βροτοῖσι τόνδ' εἶναι νόμον,
τῶν εὐσεβούντων, οἵτινές γε σώφρονες,
ἔρῃν, Κύπριν δὲ τὴν Διὸς χαίρειν ἔαν.

V. 2. bene καὶ μ' pro κατ' μ' suasit Meinek. in libro menstruo, inscripto „Zeitschr. f. d. Alterth.“ a. 1843, II., 24. recte enim Dictys utitur pronomine ὀρθοτονουμένῳ, mores suos Polydectae significantius opponens. verba οἷτ. γε σώφρονες referenda sunt ad τοῖς βροτοῖσιν.

5.

Stob. 62. p. 399.

Κύπρις γὰρ οὐδὲ νουθετουμένη χαλᾶ,
 ἄν τ' αὐ βιάζῃ, μᾶλλον ἐντείνειν φιλεῖ,
 κᾶπειτα τίκτει πόλεμον· εἰς δ' ἀνάστασιν
 δόμων περαίνει πολλάκις τὰ τοιάδε.

6.

Stob. l. c. fragm. 4.

Ἐγὼ νομίζω πατρὶ φίλτατον τέκνα,
 παισὶν τε τοὺς τεκόντας, οὐδὲ συμμάχους
 ἄλλους γενέσθαι φήμ' ἄν ἐνδικωτέρους.

recte Meinek. l. c. ad 4. τέκνα pro τέκνον.

7.

Stob. ibidem.

Ἵντων δὲ παίδων καὶ πεφυκότος γένους
 καινοὺς φυτεῦσαι παῖδας ἐν δόμοις θέλεις,
 ἐχθρὰν μεγίστην σοῖσι συμβαλῶν τέκνοις.

libri *συμβάλλων*, quod correxit Bergk. apud W., Griech. Trag., III. Abth. p. 1593.

8.

Stob. 81. p. 474.

Πατέρα τε παισὶν ἠδέως συνεκφέρειν
 φίλοις ἔρωτας, ἐκβαλόντ' αὐθαδίαν,
 παῖδας τε πατρὶ· καὶ γὰρ οὐκ αὐθαίρετοι
 βροτοῖς ἔρωτες, οὐδ' ἐκουσία νόσος.

5 σκαιόν τι δὴ τὸ χρῆμα γίνεσθαι φιλεῖ,
 θεῶν ἀνάγκας ὅστις ἴσθαι φιλεῖ.

V. 1. in *συνεκφ.* intelligendum est *κελεύω*. v. Aristoph. Pace, 540., etc. 2. libri *φίλους ἔρωτες*, quasi etiam nescio qui *ἄφιλοι* essent *ἔρωτες*.

Acrius litiganti cum fratre Dictyi haec acclamat Chorus

9.

Stob. 42. p. 276.

Μὴ νεῖκος, ᾧ γεραῖε, κοιράνοις τίθου,
 σέβειν δὲ τοὺς κρατοῦντας ἀρχαῖος νόμος.

Dictys ad Danaën, quae cum ipso ad aras confugit.

10.

Stob. 13. p. 145.

Θάρσει· τό τοι δίκαιον ἰσχύει μέγα.

Persei et Polydectae altercantium inter se verba.

11.

Idem 50. p. 357.

ΠΕ. Νέος, πόνοις δέ γ' οὐκ ἀγύμναστος φρένας.
hoc de se dicit.

12.

Id. 88. p. 500.

ΠΟΛ. Φεῦ φεῦ, παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει
„Οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός!“
Maledicendi causa divinum Pol. Persei genus addubitat, fama de Proeto
patre abusus. v. Apollodori locum citatum in prolegomenis Danaës.

13.

Id. 84. p. 492.

ΠΕ. Εἰς δ' εὐγένειαν ὀλίγ' ἔχω φραῖσαι καλά.
ὁ μὲν γὰρ ἐσθλὸς εὐγενὴς ἔμοιγ' ἀνὴρ·
ὁ δ' οὐ δίκαιος, κἂν ἀμεινόνων πατρός
Ζηνὸς πεφύκη, δυσγενὴς εἶναι δοκεῖ.
libri ambigue ἀμείνονος. passim confusae vocabulorum syllabae
finales propter similia compendia.

14.

Id. 104. p. 565.

ΠΟΛ. Πολλοῖς παρέστην ἀφθόνησα δὴ βροτῶν,
ὅστις κακοῖσιν ἐσθλὸς ὢν ὅμοιος ἦν,
λόγων ματαίων εἰς ἄμιλλαν ἐξιόν·
τὸ δ' ἦν ἄρ' οὐκ ἀκουστὸν, οὐδ' ἀνασχετὸν,
5 σιγᾶν κλύοντα δεινὰ πρὸς κακίωνων.
codd. soloece ὅμοιος ἦ. κακίωνων, ignobiliorum.

15., 16.

Id. 37. p. 226.

ΠΟΛ. Εἰ δ' ἦσθα μὴ κάκιστος, οὔ ποτ' ἂν πόλιν
τήν σὴν ἀτίξων τήνδ' ἂν εὐλόγεις πάτραν.

Ὡς ἔν γ' ἐμοὶ κρίνοιτ' ἂν οὐ καλῶς φρονεῖν,
ὅστις πατρός γῆς ἀτιμάζων ὄρους
ἄλλων ἐπαινεῖ καὶ τρόποισιν ἠδεταί.

libri ἄλλην ἐπαινεῖ, quo pacto nescias, quorum dicantur τρόποι.
in ἄλλων intelligendum ὄρους sive γῆν. His conviciis Pol. Per-
seum amoliri ex sua insula conatur. sed ea contemnentem videns
juvenem ad preces descendit, magnisque opibus promissis suadet
ut matre deserta Argos redeat. ad quae acerbè respondet Perseus

17.

Stob. 91. p. 507.

Μή μοί ποτ' εἴη χρημάτων νικωμένω
κακῶ γενέσθαι, μηδ' ὁμιλοῖην κακοῖς.

quibus auditis non continet se diutius Pol., sed vincula et mortem minatur Perseo, Danaae et ipsi fratri, satellitesque advocat. tum Perseus, factis, non verbis, opus esse intelligens, ostenso Medusae capite:

18.

Idem 36. p. 217.

Τυραννικῶν σὺ, inquit, πόλλ' ἐπίστασαι λέγειν,

Tyrannicorum multa tu calles loqui,

et ulciscitur improbos. hoc enim sufficere in locum vulgatae scripturae *Τυραννικόν τι πόλλ' ἐπίστασαι λέγειν* nullus dubitavi, cum inepte tyrannica res vocetur, si quis sciat multa dicere, quod et garruli est, et facundi, minime vero tyrannorum, qui sprete oratione, qua nihil humanius, vi agere inhumane solent. Frustra Grotius *ἐφίεσθαι* dedit pro *ἐπίστασαι*, neque emendationi nostrae obstat titulus *Περὶ ἀδολεσχίας*, cum videatur verisimile, Stobaeum, hominem minime acutum, ut haec ad illum titulum referret, non nisi verbis *πολλὰ λέγειν* inductum esse. Sophocles El. 589. *Ὁρᾶς; πρὸς ὀργὴν ἐκφέρει, — οὐδ' ἐπίστασαι κλύειν. —*

XVII. - Ε Π Ε Ι Ο Σ.

Non temere est, puto, quod in titulis marmoris Albani legitur *ΕΠΕΟΣ*, etsi nulla hodie fragmenta ejus fabulae supersunt. de qua Osannus in dissertatione de nonnullis fabularum Euripidis titulis apud Wolfium, Litterar. Anal. (Berol., 1820.) vol. II. p. 538.: „Restat,“ inquit, „fabulae titulus ex uno hoc lapide cognitus, quem praeter Winckelmannum (Monum. ined. tav. 168., p. 225.) nemo adhuc notavit. *ΕΠΕΟΝ* dico, cujus nominis nulla veterum poëtarum dramaticorum, quod quidem sciam, fabula extat. De ejus argumento, quod Winckelm. verbo indicavit, dubitari non potest, cum qui sit Epeus neminem his litteris occupatum lateat. Ex quo uberrimo Trojae excisae argumento poëtas dramaticos rem saepe petisse credibile est, ac re vera comprobatur titulo et fragmentis Romanae Naevii tragoediae, *Equi Trojani*, de qua disputavimus in *Analectis nostris* crit. p. 5. sequ.; quam, si conjecturam de ea licet facere, compositam esse possis credere ad illud Euripidis exemplar, quod inscribatur *ΕΠΕΟΣ (ΕΠΕΙΟΣ)*. Atque quantopere hoc argumentum poëtis veteribus decantatum fuerit, concludi potest ex loco Plauti perquam festivo *Bacch. 4, 9.* ad graecum exemplar, ut videtur expresso. — Fons totius fabulae ex Homero derivandus est, qui Epeum duratei equi auctorem una cum Pallade memorat *Odyss. θ', 492.* cf. Philostrati memorabilem locum *Heroic. p. 718.* Olear., ibique Boissonad. p. 166.“ etc.

Ex hoc dramate petitum esse versum Euripideum, quem servavit Plut. *Praec. polit., t. II. p. 802, a,*

in ὄβρια, quod intelligi posse videretur. non audiendus Photius v. "Ὄβρια καὶ ὄβρικαλα. καὶ illud, quod delevimus, ortum est ex ται vicino, ut Athen. 190, a, et saepe alias.

De tempore, quo actum est hoc drama, scriptor vitae Euripidis in codice Mediol.: "Ἦρξατο δὲ διδάσκειν ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος κατὰ Ὀλυμπιάδα ὀγδοηκοστὴν πρώτην, ἔτει πρώτῳ (anno ante Chr. nat. 456.). πρώτον δὲ ἐδίδαξε τὰς Πελιάδας, ὅτε καὶ τρίτος ἐγένετο. cf. W. Gr. Trag. p. 440. et nobis annotata ad Hecub. ed. 2. p. 6.

XXXIX. Π Η Λ Ε Υ Σ.

Argumentum hujus fabulae fuit exilium Pelei. Horatius A. P. 96. „Telephus et Peleus cum pauper et exul uterque (est) projicit ampullas et sesquipedia verba, Si curat cor spectantis tetigisse querela.“ sed duplex fuit ejus exilium ob caedem Phoei fratris et Eurytionis Phthiae regis. Apollodorus III, 12, 6. 7. Διαφέροντος ἐν τοῖς ἀγῶσι Φώκου τοὺς ἀδελφοὺς Πηλέα κ. Τελάμωνα (filios Aeaci, regis Aeginae insulae) ἐπιβουλεύσαι („scil. φασί, nisi hoc excidit, ut alibi.“ Heyn. cf. Matth. gr. §. 538, ann. 2., nos ad Iliad. ι', 408., Aeschyl. Pers. 165. 66. etc.), καὶ λαχὼν κλήρω Τελάμων συγγυμναζόμενον αὐτὸν, βαλὼν δίσκῳ κατὰ τῆς κεφαλῆς, κτείνει, κ. κομίσας μετὰ Πηλέως κρύπτει κατὰ τινος ὕλης. φωραθέντος δὲ τοῦ φόνου φηγάδες ἀπὸ Αἰγίνης ὑπὸ Αἰακοῦ ἐλαύνονται. Καὶ Τελ. μὲν εἰς Σαλαμίνα παραγίνεται, — Πηλεὺς δὲ εἰς Φθίαν φηγὼν πρὸς Εὐρυτίωνα τὸν Ἄκτορος ὑπ' αὐτοῦ καθαίρεται, κ. λαμβάνει παρ' αὐτοῦ τὴν θυγατέρα Ἀντιγόνην, κ. τῆς χώρας τὴν τρίτην μοῖραν. — ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ τὴν θῆραν τοῦ Καλυδωνίου κάπρου μετ' Εὐρυτιῶνος ἐλθὼν, προέμενος ἐπὶ τὸν σὺν ἀκόντιον, Εὐρυτιῶνος τυγχάνει, κ. κτείνει τοῦτον ἄκων. Πάλιν μὲν οὖν ἐκ Φθίας φηγὼν εἰς Ἴωλκὸν πρὸς Ἄκαστον ἀφικνεῖται, κ. ὑπ' αὐτοῦ καθαίρεται. ἀγωνίζεται δὲ καὶ τὸν ἐπὶ Πελία ἀγῶνα, πρὸς Ἀταλάντην διαπαλαίσας. καὶ Ἀστυδάμεια, Ἀκάστου (Peliae filii) γυνή, Πηλέως ἐρασθεῖσα περὶ συνουσίας προσέπεμψεν αὐτῷ λόγους, μὴ δυναμένη δὲ πείσαι πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ πέμψασα ἔφη μέλλειν Πηλέα γαμεῖν Στερόπην τὴν Ἀκάστου θυγατέρα (καὶ τοῦτο ἐκείνη ἀκούσασα ἀγχόνην ἀνάπτει), Πηλέως δὲ πρὸς Ἄκαστον καταψεύθεται, λέγουσα ὑπ' αὐτοῦ περὶ συνουσίας πεπειρασθαι. Ἄκαστος (Emperius ἢ Ἄκ.) ἀκούσας κτείνει μὲν ὃν ἐκάθηρεν οὐκ ἐβουλήθη, ἄγει δὲ αὐτὸν ἐπὶ θῆραν εἰς τὸ Πήλιον. ἐνθεν ἀμίλλης περὶ θήρας γενομένης Πηλεὺς μὲν [οὖν] ᾧν ἐχειροῦτο θηρίων τὰς γλώσσας [τούτων] ἐκτέμνων εἰς πήραν ἐτίθει. οἱ δὲ μετὰ Ἀκάστου ταῦτα χειρούμενοι κατεγέλων ὡς μηδὲν τεθηρευκότος τοῦ

Πηλέως. ὁ δὲ τὰς γλώσσας παρασχόμενος, ὅσας εἶχεν, ἐκείνοις τοσαῦτα ἔφη τεθηρευκένοι. ἀποκοιμηθέντος (δὲ) αὐτοῦ ἐν τῷ Πηλῷ ἀπολιπῶν (scil. αὐτὸν) Ἄκαστος, κ. τὴν μάχαιραν ἐν τῇ τῶν βοῶν κόπρῳ κρύψας, ἐπανερχεται. ὁ δὲ ἔξαναστὰς, καὶ ζητῶν τὴν μάχαιραν, ὑπὸ τῶν Κενταύρων καταληφθεὶς ἐμελλεν ἀπόλλυσθαι· σώζεται δὲ ὑπὸ Χείρωνος etc. Quaerenti igitur, utrum exilium poëtae materiam scribendi praebuerit, posterius, opinor, altero videbitur longe *δραματικώτερον*. nec sane prius illud tractavit Sophocles Peleo seu Phthiotidibus, sed inductus haud dubie in ea tragoedia est Peleus senex, regno expulsus (Odyss. λ', 493 — 502.) ab Acasto, Peliae filio, vel ab Archandro et Architele, ipsius filii. (Eurip. schol. ad Troad. 1133.) quem restituit Neoptolemus nepos sub tempus expugnatae a Graecis Trojae; quod quidem argumentum Euripidei dramatis fuisse probabiliter suspicatur Hartungus Eurip. restit. p. 290. — 297. de Sophocle v. W. Gr. Trag. p. 205. — 210. quod ad Euripidem attinet, Talthybius praeco Troad. loco praedicto, v. 1071. nostrae ed.,

Αὐτὸς δ' ἀνήκται, inquit, Νεοπτόλεμος, καινὰς τινὰς Πηλέως ἀκούσας ξυφορὰς, ὡς νιν χθονὸς Ἄκαστος ἐκβέβληκεν, ὁ Πελλίου γόνος.

Igitur in prima parte hujus tragoediae inductus fuerit Peleus exul et agro quodam inclusus ab Acasto, quem sibi insultantem et opibus superbum hisce videtur admonuisse:

1.

Stob. 114. p. 585.

— *Τὸ γῆρας, ᾧ παῖ, τῶν νεωτέρων φρενῶν σοφώτερον πέφυκε κάσφαλέστερον, ἐμπειρία τε τῆς ἀπειρίας κρατεῖ.*

ᾧ παῖ. ita seniores, cum alloquuntur juvenes: v. Iliad. ἦ, 279., Soph. Oedip. T. 955.

2.

Idem 88. p. 500. et sequ.

Οὐκ ἔστιν ἀνθρώποισι τοιοῦτο σκότος, οὐ δᾶμα γαίας κλειστὸν, ἐνθα τὴν φύσιν ὁ δυσγενὴς κρύψει, κἂν εἴη σοφός.

Versum 3. emendavit Grot. II.: ὁ δ. κρύψας ἂν εἴη σ. κρύψει dictum impune pro κρύψειεν ἂν: v. Matth. gr. §. 514., ann., 1. ed.

3.

Id. 91. p. 507.

Τὸν ὄλβον οὐδὲν οὐδαμοῦ κρίνω βροτοῖς, ὅν γ' ἐξαλείφει ῥᾶον ἢ γραφὴν θεός.

V. 2. codd. inepte γράφει, quod correxit Meinek. Nov. Marginal. V. (Zeitschr. f. d. Alt. a. 1843, 37.)

4.

Jo. Lydus de Magistrat. III, 25. p. 192.

— *Τὰ δ' ἐνθεν οὐκέτ' ἂν φράσαι λόγῳ
δακρύων δυναίμην χωρίς.
κατὰ τὸν Εὐριπίδου Πηλέα.*

Qua narratione audita Neopt. indignatus Parcas videtur imploravisse, ut Acasti superbiam ulciscantur. vel Chorus nautarum ejus, ad Peleum liberandum properans duce Neoptolemo, haec cecinerit parodo:

5.

Stob. Eclog. phys. p. 133.

*Κλύετ', ὦ Μοῖραι, Διὸς αἴτε παρὰ
θρόνον ἀγχόταται θεῶν ἐξόμεναι!*

Denique hanc ipsius Neoptolemi vocem putes, Pelei domum in agro clausam aperiri jubentis:

6.

Aristoph. Nub. 1153. (1112.) *Βοάσομαι τ' ἄρα τὰν ὑπέροτονον βοάν.* ibi schol.; *Παρὰ τὰ ἐκ Πηλέως Εὐριπίδου. ἐπιφέρει γὰρ*

Ἰὼ πύλαισιν ἦτις ἐν δόμοις.

sic quidem codd., sed vitiose, cumque schol. verba Ἰὼ — δόμοις subjecta fuisse dicat superioribus, equidem nullus dubito quin haec omnia tribuenda sint Neoptolemo, ita quidem scribenda:

Βοάσομαι τ' ἂν τὰν ὑπέροτονον βοάν.

Ἰὼ πύλαις ἦη τις, ὅστις ἐν δόμοις!

πύλαις, εἰς *πύλας*: apud schol. vero scribam *ἐπιφέρει δέ*. passim confusa δὲ et *γὰρ*: v. Porson. ad Med. 1083., nos ad Odys. μ', 342. etc. Ceterum haec indicio sunt tragoediam actam esse post Olymp. 89, 2., ante Chr. nat. 424., quo anno Aristophanes docuit Nubes.

XL. Π Λ Ε Ι Σ Θ Ε Ν Η Σ.

Hujus nominis Pelopidae duo commemorantur, alter Pelopis filius, pater Agamemnonis et Menelai, alter Atrei filius. de illo v. annotata ad Cressas. de altero, quem hic agi verisimile videtur, Hyginus fab. 86.: „Thyestes Pelopis et Hippodamiae filius, quod cum Aëropa Atrei uxore concubuit, a fratre Atreo de regno est ejectus. At is Atrei filium Plisthenem, quem pro suo educaverat, ad Atreum interficiendum misit. quem Atreus credens fratris filium esse imprudens, filium suum, occidit.“ idem fab. 88., postquam exposuit de coena Thyestea, ita pergit: „Ob id scelus etiam Sol currum avertit. Thyestes scelere nefario cognito profugit ad regem Thesprotum. — Postero die rogat regem Thyestes, ut se in pa-

triam Lydiam remitteret. Interim sterilitas Mycenis frugum ac penuria oritur ob Atrei scelus. ibi responsum est, ut Thyestem in regnum reduceret. — Atreus mittit Agamemnonem et Menelaum filios ad quaerendum Thyestem; qui Delphos petierunt sciscitatum. casu Thyestes eo venerat ad sortes tollendas de ultione fratris: comprehensus ab eis ad Atreum perducitur. quem Atreus in custodiam conjici jussit“ etc. Omisi, quae alio pertinent, epicumque potius quam dramaticum habent *χαρακτῆρα*. sed his insistens vestigiis talem tragoediae conformationem agnoscere mihi videor. Desperans de rebus suis Thyestes in Lydiam profectus, sed mox, Atreum ulciscendi „ditesque Mycenae“ sibi vindicandi causa rediit et Delphis ab Atrei filiis inventus atque Argos reductus est. ibi, sive veteri odio sic recrudescente, sive certior factus de fratris insidiis, non benevole recepit eum Atreus, sed in vincula conjecit et interfecisset, nisi pretio vitae servandae ei indicasset, quem pro suo educavisset, Plisthenem ipsius Atrei esse filium, eumque, secum adductum patri restituisset. Hac re laetus, opinor, Atreus sacra fieri jussit, exclamans

1.

Μηλοσφαγεῖτε δαιμόνων ἐν ἐσχάραις!

quae leguntur apud Ammonium v. βωμός (παρὰ *Εὐριπίδῃ* ἐσχάρα ἀντὶ τοῦ βωμοῦ κεῖται ἐν Πλεισθένει „Μηλοσφαγεῖτε“ etc.), et Thyestem e carcere emisit. hic autem dolo nefario clam persuadere juveni, eum revera suum esse filium, seque mentitum apud fratrem, quo facilior esset aditus ad eum Plistheni interfecuro. cui orationi ut fidem majorem faceret, spe regni potiendi Atreo ejusque filiis occisis blanditus esse videtur juveni, adeoque, velut re jam feliciter peracta, dedisse ei praecepta regnandi, opes, quamvis cum labore et periculo, acquirendas praedicans. Igitur hae fuerint Thyestae orationes.

2.

Stob. 46. 325.

*Δῆμῳ δὲ μήτε πᾶν ἀναρτήσης κράτος.
μήτ' αὖ κακώσης, πλοῦτον ἔντιμον τιθείς·
μήτ' ἄνδρα δῆμῳ πιστὸν ἐκβάλης ποτὲ,
μήδ' αὖξαι καιροῦ μείζον· οὐ γὰρ ἀσφαλὲς,
5 μή σοι τύραννος λαμπρὸς ἐξ αὐτοῦ φάνη.
κάλυε δ' ἄνδρα παρὰ δίκην τιμώμενον·
πόλει γὰρ εὐτυχοῦντες οἱ κακοὶ νόσος.*

Versu 5. αὐτοῦ· acute Piersonus Verisim. p. 38. ἀστοῦ.

3.

Idem 91. p. 507.

*᾿Ω πλοῦθ', ὄσῳ μὲν ῥᾶστον εἶ βάρος φέρειν!
πόννοι δὲ κᾶν σοι καὶ φθοραὶ πολλαὶ βίου
ἔνεισ'· ὁ γὰρ πᾶς ἀσθενὴς αἰὼν βροτοῖς.*

4.

Epularum hilaritatem (fr. 1.) significant versus ex chori Argivorum parodo apud Athenaeum XV. 668, b, ubi sic ille: *Τῶν ἐρωμένων ἐμέμνητο, ἀφιέντες ἐπ' αὐτοῖς τοὺς λεγομένους κοσμάβους. διὸ καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ Ἀφροδίσιαν εἶρηκε τὴν λάταγα. — καὶ Ε. ἐν Πλεισθένει*

Πολὺς δὲ κοσμάβων ἀραγμὸς

Κύπριδος προσφθὸν ἀχεῖ μέλος ἐν δόμοισιν.

Posterior horum versuum est asynartetus constans anacreontico et penthemimeri iambica.

Atreus ad Plisthenem, qui eum invasit stricto gladio, patrem Thyestem ab eo occisum dicens figurate, i. e. regno et opibus exutum:

5.

Homeri schol. Venetus ad Il. δ', 319.

Οὐ τὸν σὸν ἔκταν πατέρα, πολέμιόν γε μὴν.

credit autem revera rex propter impetum inopinatum, eum esse Thyestae filium, itaque rursus Plisthenem aggreditur et occidit. quo facto prosilit Thyestes triumphans eo, quod, qui olim sibi liberos mactatos apposuit in coena, nunc suum ipsius filium interfecit, Atreoque, impietatem non solum Pelopidae in Pelopidam, sed Argivi in Argivum, exprobranti respondet sarcastice, quippe Argis expulsus ab Atreo,

6.

Ἐγὼ δὲ Σαρδιανός· οὐ γὰρ Ἀργόλας,

„Ego vero Sardinianus (i. e. Lydus) sum, neque enim Argivus; quae extant apud Stephanum Byzant., haec annotantem v. Ἀργός: *λέγεται καὶ Ἀργόλας* (pro Ἀργεῖος). — *Ε. ἐν Πλεισθένει* „Ἐγὼ δὲ Σαρδ. οὐ γὰρ οὐκέτ' Ἀργόλας.“ sic enim codd.; sed οὐκέτι glossema est inepti correctoris, qui miraretur, Thyestem se negare Argivum. οὐ γὰρ οὐκέτι pro οὐ γὰρ ἔτι vix graecum esse arbitrator. Potuit hoc dicere Thyestes, Tantali nepos, etiam si non fuit profectus in Lydiam. Temere Barnes. in Add. p. 522. *Ἐ. δὲ Σ., οὐκέτ' Ἀργ.,* cum longe fortius sit οὐ γὰρ Ἀργ.

7.

Plisthenis, impetui in Atreum facto veterum oraculorum auctoritatem praetendentis, haec esse visa sunt Welckero p. 690., cui assentior. Tzetzes ad Chiliad. XII, 341. apud Cramerum Analect. III, p. 373, 18.; *Εὐριπ. μέμνηται διφθερῶν, λέγων ἐν Πλεισθένει*

Εἰσὶν γὰρ, εἰσὶ, διφθέραι μελεγγραφεῖς

πολλῶν γέμουσαι Λοξίου γηρυμάτων.

Nihili verbum est *μελεγγραφεῖς*, nec proficit a Bergkio apud W. p. 1594. propositum *μελαγγραφεῖς*, sed ponendum est me iudice

παλαιγραφεῖς. passim confusa novimus in libris μ et π , $\alpha\iota$ et ϵ , quod etiam h. l. acciderit.

Superest vox a lexicographo Sangerman. servata, Anecd. Bekker. p. 107, 10.,

8.

Μόμφον: τὴν μέμψιν, Ε. Πλεισθένει.

quae vox et Plisthenis et Thyestae orationibus coram Atreo apta est.

Hanc fabulam imitatione latina expressam esse putant in Attii Pelopidis, cujus tamen dramatis quae paucae extant reliquiae hisce parum conveniunt.

XLI. ΠΟΛΥΙΔΟΣ.

Apollodorus III, 3, 1. de Glaucō, Minoīs II. filio: *Γλαῦκος δὲ, ἔτι νῆπιος ὑπάρχων, μῦν διώκων εἰς μέλιτος πίθον πεσὼν ἀπέθανεν. ἀφανοῦς δὲ ὄντος αὐτοῦ Μίνως, πολλὴν ζήτησιν ποιησάμενος, περὶ τῆς εὐρήσεως ἐμαντεύετο. Κούρητες δὲ εἶπον αὐτῷ (imo αὐτόν) τριχρώματον ἐν ταῖς ἀγέλαις ἔχειν βουῖν, τὸν δὲ τὴν ταύτης θεῖαν ἄριστα εἰκάσαι δυννηθέντα καὶ ζῶντα τὸν παῖδα ἀποδώσειν. συγκληθέντων δὲ τῶν μάντεων Πολύιδος ὁ Κοιρανοῦ τὴν χρόαν τῆς βοῦς εἶκασε βάτου καρπῷ, καὶ ζητεῖν τὸν παῖδα ἀναγκασθεὶς διὰ τινος μαντείας ἀνεῦρε. λέγοντος δὲ Μίνως, ὅτι δεῖ καὶ ζῶντα ἀπολαβεῖν αὐτόν, ἀπεκλείσθη σὺν τῷ νεκρῷ. ἐν ἀμμηχανίᾳ δὲ πολλῇ τυγχάνων εἶδε δράκοντα ἐπὶ τὸν νεκρὸν ἴοντα· τοῦτον βαλὼν λίθῳ ἀπέκτεινε, δείσας μὴ, ἂν αὐτὸς τελευτήσῃ, ταῦτὸ συμπάθοι. (metuebat Polyidus, ne sibi mortuo idem accideret, scil. ut serpens se arroderet, sicut Glauci corpus. mendose ll. τελευτ., εἰ τοῦτο συμπ.) ἔρχεται δὲ ἕτερος δράκων κ. θεασάμενος νεκρὸν τὸν πρῶτον ἄπεισιν, εἶτα ὑποστρέφει ποίαν κομίζων, κ. ταύτην ἐπιτίθεισιν ἐπὶ πᾶν τὸ τοῦ ἑτέρου σῶμα· ἐπιτεθείσης δὲ τῆς ποίας ἀνέστη. θεασάμενος δὲ Πολ. κ. θαυμάσας τὴν αὐτὴν ποίαν προσενεγκὼν τῷ τοῦ Γλαύκου σῶματι ἀνέστησεν. Ἀπολαβὼν δὲ Μίνως τὸν παῖδα οὐδ' οὕτως εἰς Ἄργος ἀπιέναι τὸν Πολύιδον εἶα πρὶν ἢ τὴν μαντείαν διδάξαι τὸν Γλαῦκον· ἀναγκασθεὶς δὲ ὁ Πολ. διδάσκει. ἐπεὶ δὲ (perperam ll. — διδάσκει. καὶ ἐπεὶ δὴ —. nihil hic agit καὶ, ortum illud procul dubio ex — κει vicino. etiam δὴ alienum.) ἀπέπλει, κελεύει τὸν Γλαῦκον εἰς τὸ στόμα (οἶ) ἐμπτύσαι (sic schol. Lycophr. ad 811., Heyn. nota et Clavier. ll. Apollodori ἐπιπτύσαι,)· καὶ τοῦτο ποιήσας Γλ. τὴν μαντείαν ἐπέλαθετο. (simile quiddam de Apolline et Cassandra narrat Servius ad Virg Aen. II, 247.) Hyginus fab. 136.: „Glaucus, Minoīs et Pasiphaae fil., dum ludit pila, cecidit in dolium melle plenum. quem cum parentes quaererent, Apollinem seiscitati sunt de puero. quibus Apollo respondit: „„Monstrum*

vobis natum est, quod si quis solverit, puerum vobis restituet.““
 Minos sorte audita coepit monstrum a suis quaerere; cui dixerunt, natum esse vitulum, qui ter in die colorem mutaret per quaternas horas, (?) primum album, secundum rubeum, deinde nigrum. Minos autem ad monstrum solvendum augures convocavit; qui (leg. „quod.“ „Invenire, demonstrare et solve monstrum idem est, τὴν θεάν scil. vituli illius εἰκάσαι, ut loquitur Apollod. εὐρεῖν αἰνιγμα non dissimiliter dixit Palaeph. c. 7.“ E. Munckero.) cum non invenirent, Polyidus, Coerani fil., bizanti (sic Il., sed mendose, quidquid moliantur philologorum filii. puto equidem, Hyginum scripsisse „vix arte.“ passim confusa b et u, n et r, tum similia χ et Ζ. arte, ut Apollod. διὰ τινος μαντείας.) monstrum demonstravit, eum (scil. vitulum) arbori moro similem esse: nam primum album est (scil. morum); deinde rubrum; cum permaturuit, nigrum. Tunc Minos ait ei „„Ex Apollinis responso filium mihi oportet restituas.““ quod Pol. dum auguratur, vidit noctuam (γλαῦκα, unde de Glaucō cogitabat, sicut apibus conspectis de melle) super cellam vinariam sedentem atque apes fugantem. augurio accepto puerum exanimem de dolio eduxit. cui Minos ait „„Corpore invento nunc spiritum restitue.““ quod Pol. cum negaret posse fieri, Minos jubet eum cum puero in monumento includi et gladium poni (malim „imponi,“ i. e. intus poni). qui cum inclusi essent, draco repente ad corpus pueri processit. quod Pol. aestimans eum velle consumere, gladio repente percussit et occidit. altera serpens, parem quaerens, vidit eum interfectum, (eum, ut in superioribus: nam mas serpens dicitur. minus recte Il. eam interfectam.) et progressa herbam attulit, atque ejus tactu serpenti spiritum restituit. idemque Pol. fecit. qui cum intus vociferarentur, quidam praeteriens Minoi nuntiavit, qui monumentum jussit aperiri et filium incolumem recuperavit, Polyidum cum multis muneribus in patriam remisit.“
 Matth.: „Quae de noctu enarrat, ea ex Euripide sumpta esse ostendit Aelianus De nat. anim. V, 2. "Εοικεν ὁ Ε. (οὐκ) ἀβασανίστως πεποιηκέναι τὸν Πολύιδον ὀρῶντα (γλαῦκα), κ. ἐξ αὐτῆς τεκμηρῶμενον, ὅτι εὐρήσει καὶ τὸν Γλαῦκον τὸν τεθνεῶτα, τοῦ Μίνω τὸν υἱόν. — Etiam de bove tricolore schol. Aristid. t. II. p. 307. ed. Jebb.: Τραγικῆς βοός. Δράμα πεποιήται Εὐριπίδου (scrib. Εὐριπίδῃ. Both.), ἐν ᾧ βοῦν τρίχρωμον ποιῶν εὐρήσθαι τισι Utrumque locum indicavit Valck. Diatr. p. 201. Idem p. 200. nomen vatis usitato more ab Euripide scriptum esse Πολύειδον producta paenultima suspicatur, quia de Sophocle notatum a grammaticis, nomen illi scriptum paenultima correpta Πολύιδον.“ (Iliad. ν', 663. Ἦν δέ τις Εὐχύνωρ, Πολυείδου μάντιος, υἱὸς, et 666. Πολλάκι γὰρ οἱ ἔειπε γέρον ἀγαθὸς Πολύειδος. cf. ε, 148.)

Fabula veteris plena superstitionis et epicae quam dramaticae Musae aptior, quam tamen fabulam sibi tractandam serio elegerunt

etiam Aeschylus Cressis et Sophocles Polyïdo, Comicus autem cupide tali argumento sales adperserit in cognomini dramate, cujus reliquiae paucae extant.

Euripidea quidem tragoedia videtur initium cepisse a conventu vatam atque augurum, ex quibus Chorum constitisse existimes. Prologi partes tribuam Minoï, qui se felicem praedicaverit propterea, quod suo sumtu ac dispendio tot divinos ex tota Graecia congregari apud se potuerit ad explorandam filii mortem, vel restituendum eum, si adhuc vivat (fr. 2.). Deinde inductus fuerit Polyïdus augurans (fr. 3.) eventu illo, quem narrant mythographi. Reperto igitur cadavere Glauci, ubi vitam ei reddere jubetur Pol., isque id se posse frustra negavit, artem et doctrinam deplorans, quam vulgus carpere soleat, sequitur acris altercatio vasis cum rege, cui, aetate provecto, multos inesse morbos senectuti dicens, animum impotentem, ignorantiam consuetam divitum, tandemque iragliſcente arrogantiam, improbitatem atque tyrannidem exprobrat (fr. 4. — 10.). his contumeliis irritatus Minos, genere, opibus potentiaque maritima superbus (cf. annotata ad Theseum trag. p. 135.), Polyïdum una cum Glauci corpore sepulcro includi idque magnifice exstrui atque exornari jubet, Polyïdo magnam inutiliter profusam vim pecuniae vituperante. igitur Minos in sepulcrum abduci eum imperat, qui, mortem philosophice contemnens,

1.

Sext. Empir. Pyrrhon. hypotyp. III, 229., schol. Plat. p. 119. ed. Ruhnken.

*Τίς δ' οἶδεν, inquit, εἰ τὸ ζῆν μὲν ἐστὶ καταναεῖν;
τὸ καταναεῖν δὲ ζῆν κάτω νομίζεται;*

Matth.: „κάτω νομίζεται. pro eo Diog. Laërt. IX, 73. habet *νομίζεται βροτοῖς*. reliqui, ut Plato Gorg. p. 492, e, Clem. Al. Strom. p. 432, d, Origenes in Celsum VII, p. 366. Clem. Al. schol. Eurip. Hipp. 191., schol. Aristoph. Ran. 1114., tantummodo priorem et alterum usque ad *ζῆν* citant. schol. Ran. 1526. post *ζῆν* (v. 2.) addit *ὑπνοῦν δὲ τὸ καταναεῖν*, simile illud Shakspeariano *To die, perhaps to sleep*. Hinc valde vereor ne varia ista supplementa non ab Euripide profecta sint, sed ab aliquo, qui secundum versum mutilum esse aegre ferret. quod vero schol. Aristoph. addit, verba, quae attulit, Comici alicujus esse, vel metrum ostendit“ etc.

2.

Stob. 89. p. 502.

(Minos.) *Οὐ γὰρ παρὰ κρατῆρα καὶ θοίνην μόνον
τὰ χοήματ' ἀνθρώποισιν ἡδονὰς ἔχει,
ἀλλ' ἐν κακοῖσι δύναμιν οὐ μικρὰν φέρει.*

3.

Schol. in Hermog. p. 416. ed. Laurent., II. p. 254. ed. Sturm., III. p. 327. Rhet. Walz. *Τὸ Εὐριπίδου ἐν Πολυτίδῳ.*] Οὕτως ἔχουσι τὰ τοῦ Πολυτίδου ῥήματα

(Pol.) Ἔα, ἔα,

Ὅρω γ' ἐπ' ἀκταῖς νομάδα κυματοφθόρον
ἀλκίαιτον· τὸν παῖδα χειρσεύει μόρος,
εἰ μὲν γὰρ ἐκ γῆς εἰς θάλασσαν ἵπτατο
ὁ κύματ' οἰκῶν ὄρνις, ἠρμήνευσεν ἄν
5 τὸν παῖδ' ἐν ὑγροῖς κύμασιν τεθνηκέναι·
νῦν δ' ἐκλιπῶν ἦθη τε καὶ νόμον βίου
δεῦρ' ἔπτατ'· οὐκ οὐκ ἔσθ' ὁ παῖς ἐν οἴδμασιν.

V. 1. κυματοφθόρον quid sit, dubites, possis tamen intelligere avem perniciosam fluctibus, i. e. insolentiore quidem sermone auguris piscibus marinis. Ruhnken. apud Valck., ipso probante, κυματοτρόφον, mari nutritum, quod parum verisimile videtur. quodsi mutatione opus est, malim κυματοπτερον, qui π et φ litteras permutatas nonnunquam in libris sciam: v. p. 138. proclive enim fuit, scriptum forte κυματοπτερον magis magisque depravari. Ovid. Met. VIII, 146. „fulvis haliaeetos alis.“ 2. τὸν π. χ. μόρος. Valck.: „in terra jacet pueri cadaver. obscura forma loquendi divinum non dedecebat.“

4.

Stob. 59. p. 382.

(Pol.) Οἱ τὰς τέχνας ἔχοντες ἀθλιώτεροι
τῆς φανλότητος· καὶ γὰρ ἐν κοινῷ ψέγειν
ἅπασιν κείσθαι δυστυχεῖς, κούκ εὐτυχεῖς.

V. 2. II. τοιγὰρ pro καὶ γὰρ. contra καὶ γὰρ pro τοιγὰρ scripserunt Athen. 277, c, quemadmodum κ et τ permutata interdum reperias.

5.

Idem. 115. p. 590.

(Pol.) Φεῦ φεῦ, τὸ γῆρας ὡς ἔχει πολλὰς νόσους!
Quae his subjecta sunt apud Stobaeum,
Γέροντι δ' οὐχ οἷόν τε μῆκύνειν χρόνον,
Μακρὸς γὰρ αἰῶν συμφορὰς πολλὰς ἔχει,

alio pertinere, neque tria haec fragmenta conjungenda esse vidit Meinek. Marginal. III, 2. (Zeitschr. f. d. Alt. a. 1844, 1.) versum 3. jampridem Grot. a superioribus sejunxit.

6.

Stob. 3. p. 36.

(Pol.) Ὅστις νέμει κάλλιστα τὴν αὐτοῦ φύσιν,
σοφὸς πέφυκεν οὕτως εἰς τὸ συμφέρον.

librarii quotidianum verborum ordinem sectantes v. 2. οὗτος σοφὸς π. ε. τὸ σ., voce gravissima σοφὸς sequiore loco posita dipodiae, quae vox jam principem accepit sedem; et οὗτος pariter in ictu collocatum est.

7.

Idem 93. p. 514.

(Pol.) Πλουτεῖς· τὰ δ' ἄλλ' οὐ μοι δοκεῖς ξυνιέναι.
ἐν τῷ γὰρ ὀλβῷ φανλότης ἐνεστὶ τις,
πενία δὲ σοφίαν ἔλαχε διὰ τὸ δυστυχέες.

ll. v. 1. mendose: τὰ δ' ἄλλα μὴ δοκ. ξ. 3. in proverbium abiit: v. Zenob. V, 72., Clem. Alex. Strom. IV, 483. sequ., ubi male legitur τὸ συγγενές. „Similia sententia est Theocriti (idyll. 11.) Ἄ πενία — μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει.“ Matth.

8.

Id. 43. p. 302,

(Pol.) Ὅταν κακός τις ἐν πόλει πράσῃ καλῶς,
νοσεῖν τίθησι τοὺς ἀμείνονας φρενῶν,
παράδειγμ' ἔχοντας τῶν κακῶν ἐξουσίαν.

V. 2. librarii perverse v. τ. τῶν ἀμεινόνων φρένας, quo pacto ἔχοντας non habet quo referatur. tralaticius error in confusis vocabulorum compendiis.

9.

Id. 22. p. 187.

(Pol.) Βαρὺ τὸ φόρημ' οἴησις ἀνθρώπου κακοῦ.

malim Βαρύ τοι. οἴησις, arrogantia, german. Dunkel v. Wyttenbach. ad Plut. p. 39, d.

10.

(Pol.) Ὅστις γὰρ ἀστῶν πλεον ἔχειν πέφυκ' ἀνῆρ,
φίλοις τ' ἀμικτός ἐστι καὶ πάσῃ πόλει.

Perperam haec cum superioribus Βαρὺ etc. copulantur in libris.

11.

Valck. Diatr. p. 203. postquam dixit de fragmentis 12. 13. 14., quorum 14. item omisso nomine fabulae excerpit Eustathius: „Faciunt ista praesertim,“ inquit, „ut suspicer insigne me hujus dramaticis detexisse fragmentum in Eratosthenis Epistola de cubi duplicatione, quam scriptam ad Ptolemaeum (III., Euergeten) regem servavit nobis Eutocius Ascalonita Comment. in Archimedis l. II. de Sphaera et Cylindro p. 20. — sic autem Epistolam inchoat Erat.: Τῶν ἀρχαίων τινὰ τραγωδιοποιῶν φασιν εἰσαγαγεῖν τὸν Μίνω τῷ Γλαύκῳ κατασκευάζοντα τάφον· πνθόμενον δὲ, ὅτι πανταχοῦ ἑκατόμπεδος εἴη, εἰπεῖν Μικρόν γ' ἔλεξας βασιλει-

κοῦ σηκὸν τάφου διπλάσιον ἔστω. τοῦ δὲ κύβου μὴ σφαλῆς“ etc. Duo versus ita scribendos arbitror

(Mind s.) Μικρόν γ' ἔλεξας βασιλικοῦ σηκὸν τάφου·
διπλάσιον ἔστω· τοῦ κύβου δὲ μὴ σφαλῆς.

nullo negotio Valck. restituit βασιλικοῦ et τοῦ — σφαλῆς. idem posuit διπλάσιος, quo non opus.

12.

Plut. de Vita juc. secund. Epic. p. 1104, d. — “Ὅπλα, κ. σκευή, κ. ἱμάτια συνήθη τοῖς τεθνηκόσι, καὶ, ὡς ὁ Μίνως τῷ Γλαύκῳ,

— Κρητικοὺς
αὐλοῦς, θανούσης κῶλα ποικίλης νεβροῦ,
συνθάπτοντες ἥδιον ἔχουσιν.

13.

Stob. 122. p. 613.

— (Pol.) Ἀνθρώπων δὲ μαίνονται φρένες,
δαπάνας ὅταν θανοῦσι πέμπωσιν κενάς.

14.

Schol. Venet. Iliad. κ', 56. de vocabulo τέλος. Ποτὲ δὲ τὸ δαπάνημα, ὡς E. ἐν Πολυεῖδῳ

(Pol.) Μάτην γ' ἂν οἴκων σῶν τόδ' ἐκβαίη τέλος.
liber Ms. M. γὰρ οἴκῳ σὸν τ. ἐκκαίει τ., sed Eustath., II. κ', p. 702, 47. = 789, 14., non commemorato nomine fabulae, M. δ' εἰκοστὸν τόδ' ἐκβαίη τ. γὰρ et γ' ἂν (sic Matth. nota) etiam alias permixta sunt, velut apud Philemonem Stob. 65, 5. de β et κ confusis dixit Bast. Epist. crit. p. 92. et sequ., item Schweigh. ad Athen. 382, b, 532, f. cf. scholl. brev. Odyss. ν', 223., Aeschyl. Pers. 285.

15.

Erotian. Διεβλήθησαν : παρελορίσθησαν. — μέμνηται (Euripidem dicit) τῆς λέξεως κ. ἐν Πολυεῖδῳ, κ. ἐν Ὁρέστῃ. cf. Hippolyti fr. 18.

16.

Gregor. Cor. p. 17. sequ. — Ἄλλὰ καὶ E. ἐν Πολυεῖδῳ τῷ δράματι „Οἶσθ' οὖν ὃ δραῶσον“ ἀντὶ τοῦ „δράσεις“ ἐξήνεγκε. libri nonnulli ἐν Πολυδώρου (Πολυδώρῳ) δράματι Meermannii ἐν Πολυξένη τῷ δράματι. sed etiam schol. Ravenn. Bekker. ad Aristoph. Thesm. 870. (?) Σύνηθες τὸ σχῆμα. Μένανδρος „οἶσθ' ὃ ποίησον.“ — „οἶσθ' οὖν ὃ δραῶσον“ E. Πολυεῖδῳ. Matth.: „Mihi vix probabile videtur, si genuina scriptura

esset ἐν Πολυδώρου vel ἐν Πολυξένη δράματι, quae satis nota sunt, si non fabularum, at personarum nomina, aliquem substituisse titulum minus notae fabulae ἐν Πολυδῶ. hoc itaque verum puto, quanquam idem hemistichium est Hecub. 222.“ Hic quidem locus haud dubie significatur nomine Polydori, fortasse etiam Polyxenae, quarum personarum partes sunt in Hecuba. sed habetur ea formula etiam alibi apud Euripidem: v. indicem in nostra ed., vol. II. p. 802.

XLII. ΠΡΩΤΕΣΙΛΑΟΣ.

Schol. Aristidis t. II. p. 288. ed. Jebb., p. 256. Frommel. Ὁ Πρωτεσίλαος δράμα γέγραπται τῷ Εὐριπίδῃ. λέγεται δὲ, ὅτι γαμήσας, κ. μίαν ἡμέραν μόνον συγγενόμενος τῇ γυναικί, ἠναγκάσθη μετὰ τῶν Ἑλλήνων κατὰ Τροίαν ἀπελθεῖν, κ. πρῶτος ἐπιβὰς τῆς Τροίας ἐτελεύτησε. καί φασιν, ὅτι τοὺς κάτω δαίμονας ἠτήσατο, κ. ἀφείδη μίαν ἡμέραν, κ. συνεγένετο τῇ ἑαυτοῦ γυναικί. similiter Lucianus Dial. mort. 23. et Tzetz. Chil. II, 52., nisi quod hoc addit Luc., Protesilaum oravisse uxorem, ut ad se descenderet; quod placuit etiam Philostrato Heroic. exord. 2. Peculiare est, quod narrat Servius ad Aen. 447. (Mythogr. I, 158., II, 215.): „Laodamia uxor Protesilai fuit, quae cum maritum in bello Trojano primum periisse cognovisset, optavit ut ejus umbram videret; qua re concessa non deserens eum in amplexibus ejus periit.“ quae legenti in mentem veniat nobilissimi carminis, quod inter Bürgeri nostratis est, inscriptum „Lenore,“ similisque Caledonii, cujus initium est

There came a ghost to Marg'ret's door.

v. Percy Relics of anc. Poët. vol. III. p. 127. Hyginus fab. 103. „Achivis fuit responsum, qui primus littora Trojanorum attigisset, periturum. cum Achivi classes applicuissent, ceteris cunctantibus Iolaus, Iphieli (Phylaci Thessali, Argonautae, filii) et Deïdamiae filius, primus e navi prosiluit. qui ab Hectore confestim est interfectus; quem (fort. legendum quo, i. e. quapropter) cuncti appellarunt Protesilaum, quoniam primus ex omnibus perierat. Quod uxor Laodamia, Acasti filia, cum audiisset eum periisse, flens petit a diis, ut sibi cum eo tres horas colloqui liceret. quo impetrato a Mercurio reductus tres horas cum ea collocutus est (ita Hartung. pro — „reductus, t. h. cum eo collocuta est“). Quod (i. e. Ob quod) iterum cum obiisset Prot., dolorem pati non potuit Laodamia.“ Qui h. l. in definiendo tempore istius colloquii ab aliis discrepat Hyg., etiam de morte Laodamiae diversam famam sequitur fabula 104., quae sic habet: „Laodamia, Acasti filia, amisso (imo „cum amisso“) conjugē cum tres horas consumsisset, quas a diis petierat, fletum et dolorem pati non potuit. itaque

fecit simulacrum cereum*), simile Protesilai conjugis, et in thalamis posuit sub simulatione sacrorum, et eum colere coepit. Quod cum famulus matutino tempore poma ei attulisset ad sacrificium, per riam adspexit, viditque eam amplexu (ita Muncker. nota. II. „ab ampl.“) Protesilai simulacrum tenentem atque osculantem. aestimans, eum adulterum habere, Acasto patri nuntiavit. qui cum venisset et in thalamos irrupisset, vidit effigiem Protesilai. quae ne diutius torqueretur, jussit signum et sacra pyra facta comburi; quo se Laod., dolorem non sustinens, immisit atque usta est.“

Haec quominus exposita putemus in dramate Euripideo, nihil obstat praeter nomen Acasti, qui Alcahous vocabatur apud poëtam, si fides habenda est Photio p. 300. ed. Herm. et Suidae v. *πενθερά*, ubi haec leguntur. *Πενθερά: τῷ νυμφίῳ ἢ τῆς κόρης μήτηρ, κ. πενθερός ὁ πατήρ. Ε. δὲ γαμβρὸν αὐτὸν παρὰ τάξιν λέγει. ὁ γοῦν Ἀλκμαίων τῷ Φηγεῖ φησι* — (v. Alcmaeon a, 10., p. 30.). *καὶ ὁ Προτεσίλαος τῷ Ἀλκάθῳ [φησιν]*

1.

— *Ἄξιός δ' ἐμὸς*

γαμβρὸς κέκλησαι, παῖδά μοι ξυνοικίσας.

sed consentio Hartungo, mendam subesse, arbitrorque, forte scriptum *ΑΚΑΣΘΩΙ* augente corruptione abiisse in *ΑΛΚΑΣΘΩΙ* et *ΑΛΚΑΘΩΙ*. etiam apud Ovidium l. c. 25. Laodamia:

Vix sôcer Iphiclus, vix me grandaevus Acastus,
vix mater gelida moesta refecit aqua.

Hartungus l. c.: „Acasti nomen in Phthiotarum fabulis celebratissimum fuit; Alcahous in ejus civitatis antiquitatibus mentio, quod sciam, nulla fit.“

Fragmentorum hujus dramatis alia sunt facilia explicatu, alia ejusmodi, ut aegre huc trahi posse videantur. velut viri, qui nuntium de morte Protesilai attulit, dicas esse verba, quae servavit

*) Mendose codd. „aereum.“ Ovidius *Epist. Laod. ad Protes. 151.*

Dum tamen arma geres diverso miles in orbe,
quae referat voltus est mihi cera tuos.
illi blanditias, illi tibi debita verba
dicimus; amplexus accipit illa meos.

hanc specto teneoque sinu pro conjuge vero,
et, tanquam possit verba referre, queror.
idem *Remed. am. 723.*

Si potis et ceras remove. quid imagine muta
carperis? Hoc periit Laodamia modo.

quibus verbis idem atque Hyginus posteriore loco significare videtur genus mortis. ex superioribus autem intelligitur, Laodamiam statim post profectionem mariti in bellum fecisse illam ejus imaginem, non post discessum umbrae, ut persuadere vult Hyg., similia confudens. quod animadvertit Hartung. *Eurip. restit. p. 274.*

2.

Stob. 183. p. 615.

Πέπονθεν οἶα καὶ σὲ καὶ πάντας μένει.
et Laodamiae responsionem

3.

Οὐ θαυμ' ἔλεξας, θνητὸν ὄντα δυστυχεῖν,
quae idem habet 96. p. 532. neque inepte ad eam mulieris orationem referas

4.

Stob. 110. p. 581.

Πόλλ' ἐλπίδες ψεύδουσι καὶ λόγοι βροτούς,
qua sententia se falsa spe vanisque rumoribus de viro incolumi delusam dolet. sic autem haec scribenda esse intellexit G. Dindorf., nec ferenda codicis A. Paris. scriptura *Π. ἐ. ψ. καὶ ἄλογοι β.*, quam temere Musgrav. probans satis habuit ponere *κἄλογοι*, aut Matthiaei correctio *Π. ἐ. ψεύδουσιν αἱ ἄλογοι*, sive *ἄλογοι, β.* Item haec Laod. eadem occasione dixerit, quae leguntur apud Dionem Chrys. orat. 37. p. 467, b,

5.

Οὐκ ἂν προδοίην καίπερ ἄψυχον φίλον.
Denique chorus Phylaciorum (nam Phylace hae res geruntur) Laodamiae pietatem praedicaverit, dicens

6.

Stob. 67. p. 423.

*Ὅστις δὲ πάσας συντιθεῖς ψέγει λόγῳ
γυναῖκας ἐξῆς, σκαιὸς ἐστὶ κοῦ σοφός·
πολλῶν γὰρ οὐσῶν· τὴν μὲν εὐρήσεις κακὴν,
τὴν δ' ὥσπερ αὐτὴ, λῆμ' ἔχουσαν εὐγενές!*

Sed reliqua abhorrent, quidquid argutantur viri docti, quae propterea separatim perscripsi propriis versiculorum numeris, suspicor-que alio pertinere.

I.

Schol. Soph. Oed. Col. 10. *Βέβηλος τόπος ἐστὶν ὁ ἀκάθαρτος κ. βατὸς πᾶσι, καὶ βέβηλος ἀνὴρ ὁ μικρός. Ε. Πρωτεσιλάῳ*

Οὐ γὰρ θέμις βέβηλον ἄπτεσθαι δόμων.

II.

Plutarch. t. II. p. 10, a. *Οὐ τὸ νικᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἠττᾶσθαι ἐπίστασθαι καλόν, ἐν οἷς τὸ νικᾶν βλαβερόν. ἔστι γὰρ ὡς ἀληθῶς καὶ νίκη Καδμεία (i. e. victoria inutilis et per-*

niciosa; v. Herodot. I, 166.). ἔχω δὲ μάρτυρα τούτων καὶ Εὐριπίδην τὸν σοφὸν ἐπαγαγέσθαι, λέγοντα

Διοῖν λεγόντων πατέρον θυμουμένου,
ὁ μὴ ὑτιέλων τοῖς λόγοις σοφώτερος.

Attulit haec etiam Stob. 5. p. 63. et 19. p. 168., quo loco, non item priore, e Protesilao excerpta dicit.

III.

Clemens Al. Strom. VI. p. 620, a. Πλάτωνος ἐν Πολιτείᾳ εἰπόντος κοινὰς εἶναι τὰς γυναῖκας, E. ἐν Πρωτεσιλάῳ γράφει

Κοινὸν γὰρ εἶναι καὶ γυναικεῖον γένος.

IV.

Stob. 73. p. 448.

ὦ παῖδες οἷον φίλτρον ἀνθρώποις φρενός!

XLIII. P A Δ A M A N Θ Υ Σ.

In hoc dramate Rhadamanthi exilium in Boeotia tractatum fuisse, ex commemoratione Euboeae fr. 1. colligit Matth. cf. annot. ad Alcmenae fr. 16., p. 37.

1.

Strabo VIII, p. 546, a. E. ἐν Ῥαδαμάνθῳ καλεῖ πόλιν τὴν χῶραν,

Ὅ γῆν ἔχουσ' Εὐβοῖδα, πρόσχωρον πόλιν.

2.

Grammat. Sangerman. Ruhnkenii apud Valck. Diatr. p. 203. Ἐξαιρεῖν: ἀντὶ τοῦ ἀπαίρειν (leg. ἀφαιρεῖν. J. Pierson.). E. δὲ Ῥαδαμάνθῳ

Οὐδεὶς γὰρ ἡμᾶς.... ἐξαιρήσεται,
ἀντὶ τοῦ ἀφαιρήσεται. Bekker Anecd. p. 93. sequ. Ἐξαιρεῖν:
ἀντὶ τοῦ ἀπαίρειν. E. δὲ etc. αὐτὸν inserto Pierson. explebat
versum ad arbitrium suum. equidem, simile simili offecisse ratus,
malim

Οὐδεὶς γὰρ ὑμᾶς ἡμῖν ἐξαιρήσεται,

Nam nemo, vos qui nobis eripiat, erit.

vox Rhadamanthi ad maleficos. Heyn. Obs. ad Apollod. III, 1, 2., p. 215.: „Rhadamanthum insulas occupasse et severe jus dixisse, etiam apud Diodorum V, 79. narratum.“

Ex ejusdem persona, prologum agentis, haud dubie dicta sunt illa apud Stob. Eclog. eth. p. 177., Heeren. Floril. 62. p. 401.

3.

"Ερωτες ἡμῖν εἰσι παντοῖοι βίου.

ὁ μὲν γὰρ εὐγένειαν ἰμεῖρει λαβεῖν·

τῷ δ' οὐχὶ τούτου φροντῖς, ἀλλὰ χρημάτων

πολλῶν κεκληῖσθαι βούλεται πατὴρ δόμοις·

5 ἄλλω δ' ἀρέσκει μηδὲν ὑγιᾶς ἐκ φρενῶν

λέγοντι πείθειν τοὺς πέλας τόλμη κακῇ·

οἱ δ' αἰσχροῦ κέρδη πρόσθε τοῦ καλοῦ βροτῶν

ζητοῦσιν· οὕτω βίωτος ἀνθρώπων πλάνη·

ἔγὼ δὲ τούτων οὐδενὸς χορήζω τυχεῖν,

10 δόξαν δὲ βουλοίμην ἂν εὐκλείας ἔχειν.

Versu 7. βροτῶν. fortasse E. vitato ambiguo dixit βροτοί.

XLIV. ΣΘΕΝΕΒΟΙΑ.

Hoc drama clausula Bellerophontis appellari potest: continet enim herois reditum Tirynthem ad ulciscendam Proeti et Stheneboeae perfidiam. Matth.: „De Stheneboeae exitu Hyginus fab. 57.; Stheneboea re audita (rebus a Bellerophonte in Lycia fortiter gestis et in matrimonium ducta Iobatis filia) ipsa se interfecit. et schol. Aristoph. Ran. 1075. (982.) — Ἐλθόντος οὖν ἐκεῖσε (in Lyciam) κ. καθαρῶ φανέντος, μὴ φέρουσα τὴν αἰσχύνην ἢ Σθενέβοια κωνεῖω ἐχρήσατο. Contra scholion Venet. ad Pacem, 140., quod descripsit Bekker. Τοὺς Τραγικούς παίζει διὰ τὰ περὶ Ἰκάρου λεγόμενα, ἢ ἐπεὶ δοκεῖ ὁ Βελλεροφόντης τὴν τοῦ Προΐτου γυναῖκα, μετὰ τὴν τῆς Χιμαίρας ἀναίρεσιν ἐπανελθὼν εἰς Κόρινθον, ἀπατῆσαι καὶ ἔξον (?), κ. ἐμβιβάσας τοῦ Πηγᾶσου εἰς μέσσην ῥῖψαι τὴν θάλασσαν“ etc. postrema horum sic ordinanda atque legenda esse arbitror: — ὁ Βελλ., μετὰ — Τίρυνθον (sic Hartung.), ἀπατ. ὡς ἐρῶν, κ. ἐμβ. etc. Bekker. ἀπατ. ὡς ἔξων. Ceterum Hygini verbis nihil proficitur ad explicandum argumentum tragoediae; scholiastes autem Comici ad Ran. l. c. ex ipso Aristophane videtur sumsisse τὸ „κῶνεια πίνειν.“ rem acu tetigisse Venetum, intelligitur ex nota marginali codicis Medicei, qui continet Gregorii Cor. scholia in Hermogenem Περὶ μεθόδου δεινότητος, XXX, 13., cujus notae initium usque ad verba ἢ γυνὴ δὲ αὐτοῦ, quo loco pars folii abscissa est, cum primus publicasset Walz. Rhet. gr. t. VII. p. 1321., W. (Gr. Trag. p. 777. et 78.) totam a docto Italo descriptam, et ab se suppletam, communicavit cum suis lectoribus. quae nota hujusmodi est. Ταῦτα λέγει E. ἐν Σθενεβοία τῷ δράματι, εἰσάγων τὸν Βελλεροφόντην γνωμολογοῦντα. ἔστι δὲ ἡ ὑπόθεσις αὕτη. Προΐτος ἦν Ἀκάμαντος υἱὸς, Ἀκρισίου δὲ [ἀδελφός], βασιλεὺς δὲ Τίρυνθος· γήμας δὲ Σθενέβοιαν ἐξ αὐτῆς ἐγέννησε παῖδας. Βελλεροφόντου δὲ φεύγοντος ἐκ Κορίνθου διὰ φόνον αὐτὸν μὲν ἤγγισε τοῦ μύσους, ἢ γυνὴ δὲ αὐτ[οῦ] τὸν

ξένον μὲν] ἠγάπησε, τυχεῖν δὲ οὐ δυναμένη τοῦ ἐπιθυμηθέντος διέβαλλεν, ὡς ἐπιτεθέντα αὐτῇ, τὸν Κορίνθιον. πεισθεῖς δὲ ὁ Πρ. ἐξέπεμψεν αὐτὸν εἰς Καρίαν, ἵνα ἀπόληται διὰ τὰ [γράμματα, ἄ] ἐκέλευσε πρὸς Ἰοβάτην διακομίζεσθαι. ὁ δὲ τοῖς γράμμασι ἀκούσας πράττει (liber γραμμα ἀκ, ὁ πράττ, quod fuisse putem γράμμασιν εἰκότως πράττων) προσέταξεν αὐτῷ διακινδυνεύσαι πρὸς τὴν χίμαιραν. ὁ δὲ ἀγωνισάμενος τὸ θηρίον ἀνεί[λε, καὶ πάλιν] ἐπιστρατεύσας εἰς τὴν τι [Hartung. Τίρυνθον, W. minus commode τιμωρίαν] [κατε] μέμψατο τὸν [Προῖτον, αὐτὸν] δὲ κ. τὴν Σθενέβο[ϊαν ἠπέλησεν (W. ἀπειλήσας) ἀπάξειν. μαθὼν [δὲ τὸν Προῖτον] προτι [Hartung. πρὸ Τίρυνθος sive Τιρύνθου] ἐπὶ β[ωμὸν Διὸς ἀναχωρῆσαι, ἀνα]βιβάσας ἐπὶ τὸν] πῆγασον τὴν Σθενέβο[ϊαν, σὺν αὐτῇ] ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἤρ[θη εἰς ὕψος, τὴν] δὲ κατὰ Μῆλον τὴν νῆσον [εἰς θάλασσαν ἐρ[ρίψεν. αὐτὴν μὲν ἀποθ[ανούσαν ἐκεῖ] ἄλιεῖς ἀναλαβόντες [ἔφερον] εἰς Τίρυνθον. πάλιν δὲ ἐπιστ[ρατεύσας] [ρεψάμενος ὁ] Βελλ. πρὸς τὸν Προῖ[τον] αὐτὸς ὠμολόγησε πεπραχέναι ταῦτα· δις γὰρ ἐπιβουλεύθέντα ὑπ' ἀμφοτέρων δίκην εἰληφέναι τὴν πρέπουσαν, τῆς μὲν εἰς τὸ ζῆν, τοῦ δὲ εἰς τὸ λυπεῖσθαι.

Prologum egit Tirynthem reversus Bellerophon. cujus prologi initium extat apud Aristophanem ejusque scholiasten Ran. 1152. (1250.) et seqq.,

1.

Οὐκ ἔστιν ὅστις παντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ·
ἢ γὰρ πεφυκῶς ἐσθλὸς οὐκ ἔχει βίον,
ἢ δυσγενὴς ὧν πλουσίαν ἀροῖ πλάκα.

Alia ex prologo cum ejusdem argumenti, tum praedicantis Bellerophontis fortunam secundam, qua tot pericula effugerit, et Proeti fraudem, qua hospitem ab se expiatum fefellerit, vituperantis.

2.

Stob. 66. p. 420.

Πολλοὺς δὲ πλούτω καὶ γένει γαυρουμένους
γυνὴ κατήσχυν' ἐν δόμοισι νηπία.

3.

Idem 29. p. 199.

Ἄνευ τύχης γὰρ, ὥσπερ ἡ παροιμία,
πόνος μονωθεῖς οὐκέτ' ἀλδύνει βροτούς.

ll. ἀλγύνει, γ et δ litteris confusis, ut Iliad. ω', 338., Aeschyl. Suppl. 508., Athen. 651, f, apud Melanippidem, ubi γὰρ αἰδῶν pro Δαναῖδων. Musgrav. et alii minus probabiliter ἀλδαίνει. v. Q. Calab. IX, 472.

4.

Photius. Ξεναπάτας: ἰδίως (?) ἐπὶ τῶν (ἀνέμων), ὅταν μὴ τοιοῦτοι πνέωσιν ἄνεμοι (hoc ἀνέμων fuisse puto et a superioribus aberrasse.) ἐν τοῖς πελάγεσιν, ὅποιοι ἐν τοῖς λιμέσιν.
E. Σθενεβοία

Τίς ἄνδρα τιμᾶ ξεναπάτην;

Probabiliter W. statim post adventum Bellerophontis et fugam Proeti nutricem Stheneboeae adiisse heroem putat oratum ut parcat dominae, quae vehementer eum amaverit, idque magis etiam admonita, ne desiderio indulgeret. mortui quoque crediti consueto more semper eam meminisse ait in conviviis, et amorem eam docuisse artes musicas, poësin et cantum, quibus eum sola, neque a Proeto observata, celebraverit.

5.

Schol. Comici Vesp. 111. Παρὰ τὰ Εὐριπίδου ἐκ Σθενεβοίας „Τοιαῦτ' ἀλύει νουθετούμενος ἔρωσ.“ Matth.: „Sententiam explet Plut. De discern. adul. et amico, II, p. 71, a. Οὐ γὰρ ἀπλῶς νουθετούμενος ἔρωσ μᾶλλον πιέζει κατ' Εὐριπίδην κ. τ. λ., et Galen. De dogm. Hippocr. et Plat. IV, 7. p. 282, 45. Basil., t. V. p. 411. ed. Kuhn. νουθετ. δ' ἔρωσ μᾶλλον πιέζει. hinc Gataker Adv. 524, C, D, hos versus composuit:

Τοιαῦτ' ἀλύει, νουθετούμενος δ' ἔρωσ
μᾶλλον πιέζει.

nam Grot. in Exc. p. 401. priorem tantum versum posuerat inserto γ' ante ἔρωσ, et vertit Tanto aestuat furore, si reprimas, amor.“

6.

Athen. X. p. 427, e. Τοῖς δὲ τετελευτηκόσι τῶν φίλων ἀπένεμον τὰ πίπτοντα τῆς τροφῆς ἀπὸ τῶν τραπεζῶν. διὸ καὶ E. περὶ τῆς Σθενεβοίας φησὶν, ἐπειδὴ νομίζει τὸν Βελλεροφόντην τεθνήσκειν,

Πεσὸν δὲ νιν λέληθεν οὐδὲν ἐκ χειρὸς,
ἀλλ' εὐθύς αὐδᾶ „Τῷ Κορινθίῳ ξένῳ!“

7.

Hesych. Κορινθίος ξένος: ἐπὶ τῶν τὰς λάταγας ῥιπτούντων (in cottabo), ἀπὸ τῆς παρ' Εὐριπίδῃ Σθενεβοίας τῷ Βελλεροφῶντι ἐπιχενούσης. — Cratinus παρωδῶν Athen. XI., 782., p. 1038. ed. Dind.

Πιεῖν δὲ θάνατος οἶνον, ἂν ὕδωρ ἐπῆ.
ἀλλ' ἴσον ἴσῳ μάλιστ' ἀκράτου δύο χόας
πίνουσ' ἀπ' ἀγκύλης ἐπονομάζουσ' αἰεῖ

(ita Jacobs. II. ἐπονομάζουσα.)

ἴησι λάταγας τῷ Κορινθίῳ πέει.

ex quibus restituas Euripidea

Πίνουσ' ἀπ' ἀγν. ἐπονομάζουσ' αἰὶ

ἕ. λ. τῷ Κ. ξένῳ.

v. W. p. 780.

8.

Plut. Sympos., t. II. p. 622, c.

— Μουσικὴν δ' ἄρα

Ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ἦ τὸ πρῖν.

Euripidis haec esse indicat ibidem p. 405, f, et 762, b, quibus in locis Ποιητὴν legitur pro Μουσικὴν, unde Benth. Epist. ad Mill. p. 469. et sequ., eleganter Μουσικόν. id recepit Dind. e Stheneboea petita esse indicat schol. Aristoph. Vesp. 1069. (1039.)

Ex oratione, ut videtur, Bellerophontis ad Stheneboeam, qua oratione, amorem simulans, describit ei maris ac littorum pericula, quae vitet Pegaso secum conscenso.

9.

Schol. Venet. Aristoph. Pac. 123. Ὁ λόγος ἐκ Σθενεβοίας Εὐριπίδου· τινὲς δὲ οἴονται ἐκ Βελλεροφόντου παραδῆσαι. ἔστι δὲ ἐν τῇ Σθενεβοίᾳ παρὰ Τραγικῷ οὕτως. „Πέλας δὲ ταύτης (scil. τῆς θαλάσσης) δεινὸς ἴδρυνται κράτ' ἐνθηρος ἢ λήστῃς φρουρεῖται κλύδωνι δεινῷ βροτοκτόνῳ βρέμει πτηνὸς πυραυγῆι (cod. Venet. 475. πορευῆι.)“ Locus corruptissimus. haec in mentem veniebant:

Πέλας δὲ ταύτης δεινὸν ἴδρυνται κράτος

ἐνθηρον, ἢ λησταῖσι φρουρεῖται ρία

κλύδωνι δεινῷ, καὶ βροτοκτόνον βρέμει

πτηνὸν πυραυγῆς.

in quibus ρία (promontoria vel sinus maris, piratarum latibula) videtur haustum a vicino — ρεῖται, βροτοκτόνον autem πτηνὸν πυραυγῆς, homicida ales flammæus, vocatur fulmen.

Piscatorum verba, Stheneboeae corpus apportantium.

10.

Athen. X, p. 421. et sequ. Ἐν Σθενεβοίᾳ δ' ὁ Ε. περὶ εὐτελείας λέγων

(Ἡμῖν) βίος δ' ἐν πορφύραις θαλασσίῳις

οὐκ εὐτράπεζος, ἀλλ' ἐπάκτιοι φάτναι,

ὕγρα δὲ μήτηρ, οὐ πεδοστιβῆς τροφὸς,

θάλασσα. τήνδ' ἀροῦμεν, ἐκ ταύτης βίος

5 βρόχοισι καὶ πέδαισιν οἴκαδ' ἔρχεται.

V. 1. II. inepte βίος δὲ πορφυροῦς θαλάσσιος, nisi quis audiat Matthiaeum, haec ita explicantem: „βίος θαλάσσιος vocari vide-

tur *πορφυροῦς*, quia ipsum mare est *πορφύρεον*.“ si divinavimus, piscatores illi fuerunt *πορφυρεῖς*, purpurarii, qualis est Corobius ille apud Herodotum IV, 151. et 152.

Proetus, Stheneboeae cadaver auferri jubens,

11.

Stob. 83. p. 483.

*Κομίζετ' εἶσω τήνδε! πιστεύειν δὲ χρῆ
γυναικὶ μηδὲν, ὅστις εὖ φρονεῖ βροτῶν.*

Chori Tiryntiarum, fortasse Stheneboeae famularum, verba nulla ad nos pervenerunt.

W., allatis Aeschyli Aristophanei verbis ad Euripidem Ran. 989. (1061.)

*Ὅτι γενναίας κ. γενναίων ἀνδρῶν ἀλόχους ἀνέπεισας
κῶνεια πιεῖν, αἰσχυνθείσας διὰ τοὺς σοὺς Βελλερο-
φόντας,*

ita pergit p. 783.: „Fälle müssen bekannt gewesen sein, wenigstens einer, dass eine athenische Ehefrau sich aus Rührung durch die unglückliche Stheneböa das Leben genommen hatte, und es begreift sich dieser tiefe Eindruck, wenn man sieht, wie Sth. nur aus höchster Liebe (?) feindlich gehandelt, in ihrem Herzen die Neigung bewahrt, dann ihr Leben augenblicklich entschlossen gewagt hat, und darauf, nicht von dem beleidigten Gatten im Zorn, sondern von dem Geliebten selbst mit kalter Ueberlegung geopfert wird. Eine bloss sinnliche und dabei frevlerische Aërope rührt nicht, wenn sie im Meer ersäuft wird, Sth. aber war aller Wahrscheinlichkeit nach zu anziehend und liebenswürdig geschildert, um nicht durch ihr Unglück mehr zu rühren als gegen die ihrer ganz Meisterin gewordne und nicht bloss sinnliche Neigung einzunehmen.“ —

Zirndorfer libro de Chronol. fab. Eurip., p. 121.: „Stheneboea et Theseus cum in Vespis irrideantur ante Olymp. 89, 2. sive ante annum 422. (423.) actae sunt.“ Significat hanc tragoediam Comicus etiam Pace 126. seqq., Thesm. 375., Ran. 982., 1152., nostrae ed., nec dubium quin fuerit ex celebratissimis.

De quodam artis opere, quo catastrophe ejus expressa est, W. p. 782., nota: „Den Sturz der Stheneböa ins Meer können wir an einer Vase nachweisen, die in Grossgriechenland gefunden wurde und dem Marchese Rinuccini gehört. S. Inghirami Vasi fittili I, 3. tav. 1—3. Bellerophon erscheint auf dem Pegasos, von welchem Sth. schon herabgestürzt kopfunter nach dem Meere sinkt; Bell. hält sentimental die Hand vor die Augen. Ueber der Sth. ein Raubvogel“ etc.

XLV. ΣΙΣΥΡΦΟΣ.

Valck. Diatr. p. 208. et 9.: „Ex Critiae (tyranni) Sisypho duo nobis et quadraginta versus Sextus Empiricus (adv. Math. IX, 54,

p. 562.) servavit, quorum duo primi*) tanquam Euripidis prostant apud illum, qui sub nomine Plutarchi de Placitis scripsit Philoso-

*) Fallitur vir egregius, siquidem haud obscure Pseudoplutarchus totum illum Critiae locum significat. sic enim ille De plac. philos. p. 880, e, f. — Καὶ Ε. ὁ τραγωδιοποιὸς ἀποκαλύψασθαι μὲν οὐκ ἠθέλησε, δεδοικώς τὸν Ἄρειον πάγον, ἐνέφηγε δὲ τοῦτον τὸν τρόπον. τὸν γὰρ Σίσυφον εἰσήγαγε προστάτην ταύτης τῆς δόξης, κ. συνηγόρευσε αὐτοῦ ταύτη τῇ γνώμῃ

Ἦν χρόνος, ὅτ' ἦν ἄτακτος ἀνθρώπων βίος,
καὶ θηριώδης, ἰσχύος θ' ὑπερέτης.

ἔπειτὰ φησι τὴν ἀνομίαν λυθῆναι νόμων εἰσαγωγῇ. ἐπεὶ γὰρ ὁ νόμος τὰ (μὲν Matth.) φανερὰ τῶν ἀδικημάτων εἰργεῖν ἐδύνατο, κρύφα τε (δὲ Matth.) ἠδίκουν πολλοὶ, τότε τις σοφὸς ἀνὴρ ἐπέστησεν, ὡς δεῖ [αἰ] ψευδεῖ λόγῳ τυφλώσαι τὴν ἀλήθειαν, κ. πείσαι τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ἔστι δαίμων ἀφθίτῳ θάλλων βίῳ,
νόῳ τ' ἀκούων κ. τ. λ.

de quo ne quis dubitet, adscribenda esse video verba Sexti Empir. et tyranni Atheniensis paulo quam ante emendatiora. — Καὶ Κοιτίας δὲ, εἰς τῶν ἐν Ἀθήναις τυραννησάντων, δοκεῖ ἐκ τοῦ τάγματος τῶν ἀθίων ὑπάρχειν, φάμενος, ὅτι οἱ παλαιοὶ νομοθέται ἐπίσκοπόν τινα τῶν ἀνθρωπίνων κατορθωμάτων κ. ἀμαρτημάτων ἐπλασαν τὸν θεὸν ὑπὲρ τοῦ μηδένα λάθρα τὸν πλησίον ἀδικεῖν, εὐλαβούμενον τὴν ὑπὸ τῶν θεῶν τιμωρίαν. ἔχει δὲ παρ' αὐτῶ τὸ ῥητὸν οὕτως.

Ἦν χρόνος, ὅτ' ἦν —

— ὑπερέτης,

ὅτ' οὐδὲν ἄθλον οὔτε τοῖς
ἑσθλοῖσιν ἦν,
οὔτ' αὖ κόλασμα τοῖς κακοῖς
ἐγίνετο.

5 κἄπειτὰ μοι δοκοῦσιν ἀνθρώποι
νόμους

θέσθαι κολαστάς, ἵνα δίκη τύ-
ραννος ἦ

(γένους βροτείου Grot.), τὴν θ'
ὑβριν δούλην ἔχη,
ἐξημιούτο δ', εἴ τις ἐξ ἀμαρτάνοι.
ἔπειτ', ἐπειδὴ τὰ μφανῆ μὲν οἱ
νόμοι

10 ἀπῆγον αὐτοὺς ἔργα μὴ πράσσειν
βίῳ,

λάθρα δ' ἔπρασσον, τῆνικαῦτὰ
μοι δοκεῖ

πυκνὸς τις (ἄκρω) κ. σοφὸς
γνώμην ἀνὴρ

ἀγῶνα τοῖς θνητοῖσιν ἐξευρεῖν, 25
ὅπως

(ll. γῶναι θνητ. — ἀγῶνα,
molestiam.)

εἴη τι δεῖμα τοῖς κακοῖσι, κἂν
λάθρα

15 πράσσωσιν, ἢ λέγωσιν, ἢ φρονῶ-
σί τι.

ἐντεῦθεν οὖν τὸ θεῖον εἰσηγή-
σατο,

ὡς ἔστι δαίμων ἀφθίτῳ θάλλων
βίῳ,

νόῳ τ' ἀκούων κ. βλέπων φρον-
τιστικῶ,

(vulgo — βλ. φρονῶν τε καί.)
προσέχων τε τούτῳ κατὰ φύσιν

θείαν φρενῶν,
(ll. πρ. τε ταῦτα καὶ φ. θ.
φροῶν)

20 πᾶν μὲν τὸ λεχθὲν ἐν βροτοῖς
ἀκούσεται,

εἰς δρώμενον δὲ πᾶν ἰδεῖν δυνή-
σεται,

(ll. ὅς δρ. vulgo ἐς sive εἰς
δρ.)

ἐὰν δὲ σὺν σιγῇ τι βουλευῆς κα-
κόν,

τοῦτ' οὐχὶ λήσει τοὺς θεοὺς·
τὸ γὰρ φρονῶν

ἔνεστι (τῆδε). τούσδε τοὺς λόγους
λέγων

25 διδασμάτων ἠδιστον εἰσηγήσατο,
ψευδεῖ καλύψας τὴν ἀλήθειαν
λόγῳ.

ναίειν δ' ἔφασκε τοὺς θεοὺς ἐν-
ταῦθ', ἵνα

μάλιστα ἂν ἐξέπληξεν ἀνθρώπους,
ἀγῶν,

ὅθεν περ ἔγνω τοὺς φόβους εἶναι
βροτοῖς

30 κ. τὰς δυνήσεις τῷ ταλαιπώρῳ βίῳ,

phorum. Hujus auctoritate totum fragmentum retulit ad Euripidis Sisyphum Grotius. — mihi versus isti non videntur Euripidis, quem tamen edidisse drama novi satyricum sub nomine Sisyphi, quod partem fecit tetralogiae in scenam commissae Ol. XCI, 1. (ante Chr. nat. 416.), testis est Aelianus V. H. II, c. 8., istoc anno superatum a Xenocle, cum docuisset Alexandrum, Palamedem, Troadas et Sisyphum satyricum.“ cf. Critiae fragmenta a Bachio edita. Idem Valck. illa *Ἑλλην γὰρ — φλόγα* (v. Aeoli fr. 1., p. 12.) ex hoc dramate excerpta esse sibi persuadebat, quae tragicum colorem habent.

De oeconomia hujus fabulae nihil constat.

Suidas (cf. Etymol. M. p. 808, 4.), *Χαίρω δοτικῆ: τὸ εὐφραίνομαι. καὶ „χαίρω σε ἐληλυθότα.“ Ὠρωῖοι* (in Boeotia. v. Thuc. II, 23. etc. vulgo Ὠρωπικοί.) *οὕτω λέγουσιν. Ε. Σισύφω*

1.

*Χαίρω σέ γ', ὦ βέλτιστον Ἀλκμήνης τέκος,
(ἐλθόντα), τὸν τε μισρὸν ἐξολωλότα.*

Dubites, quae partes Herculi esse potuerint in hoc dramate, nisi fuerit *Σίσυφος πετροκυλιστῆς* apud Inferos, quo pacto Herculem praetereuntem, victo Menoetio Plutonis bubulco (Apollod. II, 5, 12.), his verbis non inepte salutasset Sisyphus. *ἐλθόντα* Heath. et Valck. Diatr. I. c.

2.

Hesych. *Ἐλίσσω: πλέκων, ψευδόμενος, οὐκ ἐπὶ εὐθείας λέγων ἢ κινῶν* (malim *κρίνων*). *Ε. Σισύφω.*

De tempore, quo actum est hoc drama, v. ann. ad Palamedem.

XLVI. ΣΚΕΙΡΩΝ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Σκείρων, qui etiam *Σκίρων* dicitur, sed minore codicum auctoritate, latro fuit in scopulis Isthmi Corinthii. Hyginus fab. 38.: „Scironem (scil. „Theseus occidit“), qui ad mare loco quodam

<p>ἐκ τῆς ὑπερθε περιφορᾶς, ἔν ἀστραπῆς κατεῖδ' ἐναύσεις, δεινὰ δὲ κτυ- πήματα βροντῆς, τό τ' ἀστερωπὸν οὐρα- νοῦ δέμας, χρόνου καλὸν ποίκιλμα, τέκτονος σοφοῦ, 35 ὄθεν τε λαμπρὸς ἀστέρος στείχει μύδρος, ὄ θ' ὕγρὸς εἰς γῆν ὄμβρος ἐκ- πορεύεται.</p>	<p>40 τοιούσδε περιέστησεν ἀνθρώποις φόβους, δι' οὓς καλῶς τε τῷ λόγῳ κατῴκισε τὸν δαίμον' (ἡμῖν) καὶν πρόποιτι χωρίῳ, τὴν ἀνομίαν τε τοῖς νόμοις κα- τέσβεσε. καὶ ὀλίγα δὲ προσδιελθὼν ἐπιφέρει οὕτω δὲ πρῶτον οἶομαι πεῖσαι τινα θνητοὺς νομίζειν δαιμόνων εἶναι γένος.</p>
---	---

praerupto sedebat, et, qui iter gradiebatur, cogebat eum sibi pedes lavare, et ita in mare praecipitabat. hunc Theseus pari leto in mare dejecit, ex quo Scironis petrae sunt dictae.“ His Paus. I, 44., Plut. vita Thesei c. 10., Diod. Sic. IV, 59. et schol. Hippol. 933. (979.) addunt, loco illo maris fuisse testudinem, quae praecipitatos devoraret. hospitio enim exceptos advenas post occidebat Sciron. De saxis Scironiis Solinus c. 13., annotante Hartungo: „Cui urbi (Megaris) saxa Scironia propinqua sunt, porrecta 6 millibus passuum, ob honorem ultoris Thesei et memoriam nobilis pugnae sic nominata. ex istis rupibus Ino se cum Palaemone filio in profunda praecipitem jaculata auxit maris numina.“ cf. annot. ad Eurip. Heraclid. 833. Ovidius Met. VII, 443.

Tutus ad Alcathoën, Lelegeïa moenia (i. e. Megara), limes composito Scirone patet, sparsique latronis terra negat sedem, sedem negat ossibus unda, quae jactata diu fertur durasse vetustas in scopulos. scopulis nomen Scironis inhaeret.

Statura gigantea fuisse videtur Sciron, qui brevem Thesei accumbentis pedibus vix super lectulum porrectis deriserit.

1.

Pollux X, 35. *Τῶν ἀδοξότερων ἡ χαμεύνη κ. χαμεύνιον. ἐν γοῦν τῷ σατυρικῷ Σκίρωνι E. φησὶ*

*Σχεδὸν χαμεύνη σύμμετρος Κορινθίας
παιδὸς, κναφάλλον δ' οὐχ ὑπερτείνεις πόδα.*

χαμεύνη pro *χαμεύνη* Meinek. Marginal. nov. VIII. (Ztschr. f. d. A. a. 1843, 4.), qui nescio quo errore haec de Hercule dicta putat. *σύμμετρος* scil. *εἰ*. viri generatim proceriores sunt mulieribus, itaque etiam eorum lecti longiores. meretricum Corinthiarum grabatulos novit latro, qui appotus, ut videtur, garriat de pretiis, quibus illae veniant.

2.

Idem IX, 75. — *Τάχα δ' ἂν εἶη κόρη, ὡς E. ὠνόμασε παρθένον ἐν Σκίρωνι, λέγων περὶ τῶν ἐν Κορίνθῳ ἐταρουσῶν*

